# CAMILLI PLAVTII

PÆZONIS IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS,

In Ticinenſi Gymnaſio Ius ciuile ordinarium interpretantis.

Ad Illuſt. & Excell. Petrum Paulum Arrigonum, Cæſarei Senatus Mediolanenſis Præſidē,

## COMMENTARIA,

*Ad .l. Vnic. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.*

VNVM NIHIL, DVOS



PLVRIMVM POSSE.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

MEDIOLANI.
APVD FRANCISCVM & SIMONEM MOSCHENIOS FRATRES.
M.D.LIIII.

# ILL. AC PRÆCLARISSIMO VIRO PETRO PAVLO ARRIGONO Cęſarei Senatus Mediolanenſis Pręſidi Optimo Maximo.

## CAMILLVS PLAVTIVS Iuriſconſultus ſalutem ac felicitatem P. D.

*INCREDIBILE eſt memoratu Præſes Inclite quàm multa ab obtrectatoribus, qui nouitati meæ inuident, & hominem per ſe cognitum nulla cõmendatione maiorum, in aliquo ſplendore uerſari indignantur, commenta atq; conficta fuerint, ut me à ſcribendo deterrerent, inter cætera autem cõminiſcuntur iam tot & tanta ſummorũ uirorum extare commentaria ad ius noſtrum explicandum atq; interpretandum edita, ut nullus ſcribendi locus ſupereſſe uideatur. Quo fit ut qui quicquã ulterius*

*moliatur, oleum & operam perdat, neceſſe ſit, nam ſi quæ edentur, his quæ à cæteris elaborata fuerunt, ſimilia ſint, cum hiſq; concordent, quæ à maioribus noſtris tradita accepimus, hoc nihil aliud eſt quam ex libro librũ conficere, & laborem addere mortalibus, qui librorũ copia obruti atq; oppreſſi totam ætatem agunt in adiſcenda iuris prudentiã, quam tamen iuſtinianus quinquennio addiſcendam nobis obtulerat, iccirco conſultius facturum eum qui & à ſcribendo, & à peruulgando opere abſtinuerit, ſin autẽ antiquorũ dogmatibus pugnãtia axiomata edita fuerint, eum, laborem inutilem ſtudioſis, ſibi minime glorioſum, fruſtra ſuſcepturum eſſe, cum quodãmodo nefas ſit deſciſcere ab opinionibus Doctiſſimorũ uirorum longo uſu cõprobatis, quæ celebri fama circũferuntur. Quibus reſpõ*

*ſum uolo, ſi hæc attendēda eſſent, iam pridē à ſcribendo homines deſtitiſſent, nūcq; multis ac præclaris magnorum uirorum monumētis careremus, iamq; langueremus omnes, nec perinde ac debemus in laudis & glorie cupiditate uerſaremur, uiamq; famæ comparandæ nobis præreptam eſſe merito doleremus, atqui ſtuſtudia & artes omni ætate floruerunt, & in futurū ni fallor magis magiſq; floreſcent, quamobrem nihil eſt ut horum calumnias metuere debeamus. Qui quod ipſi aſſequi poſſe diſperant, in alijs reprehēdunt. Plane ego non is ſum qui ab opinionibus ueterum temere diſſentiendū putem, tamen in eis obſeruandis nō uſq; adeo religioſi eſſe debemus, ut cuiuſq; certis deſtinatiſq; ſententijs quaſi addictos conſecratoſq; nos eſſe arbitremur, quin & liceat nobis ingenij uires periclitari, ac com-*

*mentationibus exercere, ac interdum nõ contentionis ſtudio, ſed ueritatis gratia, cuius ratio apud me plus ualet quã uulgi opinio, noua moliri, & comperta ac nouata in lucem proferre, ut enim ego eos non probo qui & alienis laboribus mutato tantum ordine libros conficiunt, ſeu confarciunt potius, & ſæpe ab alijs dictata inculcant, ita nec eorum conſilium uituperandum exiſtimo, qui ad homines iuuandos nati, quæ ſapiunt non tanquam oracula in ſacrarijs repoſita atq; occulta habent, ſed ut generi humano proſint, commentationes ſuas peruulgant, atq; in lucem proferunt, ex hoc enim euenit ut alij aut Doctores euadãt, aut ſaltem ad ueritatem, quæ in occulto eſt, inueſtigandam excitentur, cum poſsit etiam poſterio re loco natus, & minimus interdum meliora ſentire, quàm magni præclariq;*

*uiri*

*uiri ſenſerint. Quod ſi mihi euenerit, labor iſte fructu non carebit, nam tametſi plurium ſententias crebriore ſuffragio comprobatas plerunq; nos ſequi oporteat, tamen in comperto eſt, obſeruari non oportere, ſi contraria ſententia etiam unius tantum authoritate ſuffulta, meliori ratione munita fuerit, hocq; ab omnibus receptum eſt. Itaq; ſpretis obtrectatorum calumnijs, quotidianis commentationibus exerceri ſoleo, & ſi qua ſcitu digna comperta fuerint, ea ſcriptis mandare, ut poſtea elaborata in lucem prodeant, quod non ea ratione à me fit ut ſtudioſorum laborem augeam, ſed ut per me, ſi fieri poteſt, ipſi ſubleuentur, & facilius iuris ciuilis ſcientiam aſſequātur, inter cætera autem quæ hoc anno cognitu difficillima, auditoribus meis explicui & dictaui, nouiſſime anni gra-*

*uiſsimo tempore, & maximis caloribus legem unicam ſub tractatu de ſententijs quæ pro eo quod intereſt collocatam, enucleandam atq; interprætandam ſuſcepi, eamq; ſummo labore perfeci & abſolui, cuius materia quam ſit difficilis & perplexa, nemo eſt qui neſciat, quod etiam ex eo facile dignoſcitur quod iuſtiniano ipſi legislatori uiſum eſt fieri non poſſe ut intra certam regulam conſtituatur, & certis finibus concludatur, ut ipſe teſtatur dum caſus incertos, iudicis arbitrio examinandos, & ueritate comperta iudicandos relinquit, quin & ueteres ipſi iuriſconſulti quos nunc colimus, quorumq; reſponſa pro legibus obſeruamus, ex eo ſe explicare nequiuerunt, ſed in infinitum dubitationes protulerunt, tamen cognitionis huiuſce rei utilitas eſt maxima, nullus etenim eſt cõtractus, nullum eſt iudicium,*

*nullum eſt deniq; negotium, in quo de eo quod intereſt non tractetur, quamobrem nulla me terruit difficultas quin operi tãto incohando & abſoluendo me accinxerim, ſperaui enim laborem hunc meum ſtudioſis utilem, quãquam mihi non neceſſarium, futurum, qua in re illud in primis admiratione dignum mihi uiſum eſt, quod ea quæ Iuſtin. tanquã notiſſima prætermiſſerat, aut perfunctorie attigerat noſtris uiſa fuerint obſcuriſſima & difficillima, & cognitu ferè impoſſibilia, quo factum eſt ut ſuper his, que apud antiquos ferè indubitabilia cenſebantur, excitatæ fuerint tot & tantæ controuerſiæ, ut nemo ſit tam ſublimis ingenij, qui in hoc immenſo & uaſtiſſimo Pelago enatando naufragium non fecerit, eoq; res iam perducta ſit infinitis Doctorum commentarijs exagitata, ut omnes fabri, omneſq;*

artifices quid ſit id qđ intereſt,& in qui-
bus uerſetur,& quomodo eius ratio iniri
debeat, optime calleant, Iuriſconſulti
nulli aut pauci etiam magno cum ſudore
longiſque uigilijs recte aſſequi poſſint,
ego non quod præ cæteris ingenio excel
lere me exiſtimen,ſed quia in magno ſum
morũ uirorum conſeſſu, etiam paruis ſen
tentiã dicere fas eſt,dicam hac in re quid
ſentiam, illudque in mediũ proferam,&
diuulgabo,ut ſi errauero mihi nõ ſit tur-
pe in eo Pelago perijſſe, in quo tot tan-
tiq; maximi nominis uiri,periclitati ſunt,
ſin autem ſecus res acciderit, ac deorum
immortalium benefitio quicquam humano
generi utile aut iucundum protulero,illiſ-
que profuero,ad quorum manus hæc cõ-
mentaria peruenerint,gratulabor me ole
um & operam non perdidiſſe, & ala-
criori ſtudio ad cætera perficienda ac

*abſoluenda quæ ſuperſunt, me accingam, Plane cum inoleuerit cõſuetudo ad hanc uſq; diem tenaciter obſeruata, ut qui opus aliquod in uulgum edit, alicui magno ac præclaro uiro id dedicet, & conſecret, ea ſcilicet ratione ut de ſe benemerito gratiam aliqua ex parte rependat, is mos tot ſeculis cõmendatus mihi, nõ cõtemnendus uidetur, quod ſi horum rationem ſequi uelim, nemo eſt cui magis quam tibi hæc & cætera omnia mea dedicari debeant, nemo eſt enim cui magis debeam, quam tibi, qui ſi non eſſes ego non eſſem, alia tamen ratione hoc facere inſtitui, ut ſcilicet tua auctoritate maleuolis obtrectandi licentia eripiatur. Itaque aduerſus eos qui non ex animi iudicio, ſed ex inuidia, noſtra carpere conſueuerunt, te ex omnibus unum, omnium bonorum, ac ueritatis acerrimum propugnatorem delegi,*

*gi,*

*gi, cuius nomine mea hæc opera qualiacunque, in lucem prodeant, ut intelligat celſitudo tua, me tibi in dies magis magiſque debere uelle, nec tam de referenda gratia pro tuis ingentibus erga me meritis, cum id fieri nõ poſsit, cogitare, quàm ut tua erga me merita in dies augeantur operam dare, patere itaque hæc commentaria tuis auſpicijs in lucem prodire, & ea nõ quaſi munus (cũ enim omnia mea tua ſint, iam nihil eſt quod à me tibi donari poſsit) ſed quaſi rem tuam ab obtrectatoribus defendendam ſuſcipe, & patere (id quod unum poſſum) te à me coli, & obſeruari, bene uale preſidium, & Dulce decus meum.*

*Index*

# INDEX CONCLVSIONVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

## In Præfation.

CONTINENTVR *multa quæ ad materiam explicandam ſunt neceſſaria, & his intellectis facillima eſt totius materie conſecutio, ibiq; multa noua traduntur principia.*

*Conſtitutio generalis eſt, & generaliter de omni eo quod intereſt loquitur, & ſic nullum eſt intereſſe quod in caſibus certis non reſtringatur ad duplum, contra* Doct. *num.* 4.

*Vtilitas & intereſſe ſunt idem num.* 5.

*Intereſſe unicum eſt non triplex, quod recipit augumẽtum & diminutionem, & ſemꝑ* Idem *manet, ut corpus, & ſic augetur & diminuitur, non autem tranſit de ſpecie in ſpeciem num.* 7. 8. 9. 10. 11.

*Aliquo tamen caſu poteſt conſiderari ſingulare intereſſe & quomodo num.* 12. *& num.* 23.

*Intereſſe circa rem & extra rem quod ſit. num.* 13.

*Conuentum intereſſe, uere & proprie non eſt intereſſe num.* 8.

*Singularis intereſſe ideſt rari & inſoliti & ex affectione unius tantũ eſtimati, nulla habetur ratio in* Iure *noſtro, etiam ſi conſiſtat in cõmodo pecuniario, contra* Doct. *num.* 15. *&* 17.

*Singularis utilitas quæ dicatur. num.* 24. *&* 26.

*Intereſſe particulare prout in uno quoq; eſt, conſideratur, non autem prout in omnibus eſtimatur num.* 31. 33.

Intereſſe

Intereſſe aliquando minus eſt quam pretium conuentum, & quam ſit cõmune, & ſic nõ eſt commune, nec conuentum, ſed nec etiam eſt ſingulare, quia non excedit alterutrum, queritur ergo an ſit quartum genus num. 38.
Acceßio cauſa & intereſſe differunt. num. 39.
Pretium & intereſſe differunt num. 40.
Pretium triplex num. 41.
Intereſſe ſine mora ſepe preſtatur num. 48.
In Principio.
De quo intereſſe loquatur conſtitutio, & an de ſingulari, quod non contra Doct. ſed de omni, & ſic etiam de communi num. 25. 26. num. 30. 36.
Eſtimatio ſit communis num. 37.
Singulare intereſſe non eſt in uſu, num. 38. 39. 40.
Commune intereſſe duplum non excedit num. 40. 42.
Intereſt unde deſcendat & an latine dicatur. num. 4. & 5. & 6.
Rub. cur ſingulariter concepta, nu. 25.
Intereſſe unicum. num. 26. 29.
Diffinitio intereſſe in genere. num. 7. & 13.
Diffinitio intereſſe in ſpetie noua. num. 15.
Diffinitio glo. num. 17.
Intereſſe quid ſignificet. num. 48.
Clauſula quãti res eſt, & quanti intereſt in quibus conueniant, & in quibus differant. num. 53. uſq; ad num. 62.
In uerſ. in omnibus caſibus.
An conſtitutio habeat locum in delictis. num. 2.
Et in quibus caſibus. num. 4.
Et an

In uerſ. ſancimus fo.139.

Nouum ius an inducat hæc lex num. 2.3.4.5. & an corrigat num.21.22.

Duplum de iure .ff. non excedebatur num.3.4.5.

l.iij.§.fin.ff.de eo quod cert.loc.num.6.

l.ticius §.fin.cum l.ſeq.ff.de act.empt. quomodo procedat num.7.8.10.num.19.

Precium quãti plurimi an ſupra duplum debeatur? ꝙ non num.10.11.12.

In uerſ.in omnibus caſibus fo.46.

An conſtitutio hæc habeat locum in delictis num.2.3. & 16.& 27.& in quibus caſibus nu.3. & 27.

Et an in caſu affectionis num.28. & an totum ſupra duplum in delictis preſtetur nu.11.13.16.& 24.

Et an in caſu ſingularis utilitatis num.15.27.

Hec conſt.de quo intereſſe loquatur nu.19. cum ſeq.

Intereſſe pecuniariũ in qbus nõ cõſiſtat nu.28.& 29.

In uerſ. certam quãtitatem fo.53.

Quid ſignificet uerbum quantitas, & quomodo in hac materia accipi debeat nu. 1. cum ſeq.

Quid ſignificet uerb. natura, & quomodo hic accipi debeat num.2.

Incerti caſus qui ſint in qbus totũ debetur nu. 11.12.

Quantitas certa quæ dicatur num.2.3.4.

In uerſ.hoc quod intereſt fo.58.

In quo conſiſtat id quod intereſt num.1.2.

Intereſſe an ſit triplex uidelicet, cõuentum commune & ſingulare, an unicum num. 3. cum ſeq.

Precium & intereſſe an ſint idem num.18.30.32.

Pretium quotuplex num.27.cum ſeq.

Intereſſe circa rem, & intra rem quid ſint & quomodo

modo cognoſcantur num.36.cum ſeq.

In uerſ. dupli quantitatem fo.74.

Duplũ quid ſit de quo agitur, & in quo cõſiſtat nu.1.
Quid ſit illud quod duplicatur num.2.7.
Quæ computentur in duplo num.4.6.
Quid de ſingulari num.9.
Conuentum an excedat 11.13.
Commune an excedat duplum num.
Si cõcurrãt cõmune & cõuentũ q̃ attẽdatur nu.11.
Regula quod intereſſe non excedat duplũ multipliciter declaratur num.14. cum mult. ſeq.

In uerſ.per ſuam ſubtilitatem fo. 84.

Practica deducendi intereſſe in iudicio nu.1. cum ſeq.
Practica probandi intereſſe pretium nu.4. cum ſeq.
Iudicis officium circa intereſſe num.13.
Quomodo probetur num.18.19.20.
Capitula ad probandum lucrum ceſſans num.84.

In uerſ.quod re uera fo. 97.

Damni appellatione quid contineatur num. 1.
Affectionis eſtimatio an debeatur num. 14.17.19.
Singularis utilitas an debeatur num.7.8.15.
Quãti plurimi ultra duplũ an debeatur. 9.10.20.22.
Iuramentum in litem quatenus ſe extendit num. 28.

In uerſ.etiam ex lucro fo.106.

Lucri ceſſantis ratio an & quando ratio habeatur, & quatenus, & in quibus num.2. cum ſeq.
Intereſſe circa rem an debeatur, & quatenus nu. 6.
Intereſſe ẽx.rẽ,an debeatur et q̃tenus nu.14.et 44
Solitus negociari an lucrum conſequatur num.16.& ſeq.num.24.
Intereſſe alterius intereſſe an preſtetur num.38.

# CAMILLI PLAVTII IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS COMMENTARIA,

## Ad .l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.

Verba legis ſunt hæc videlicet.

*CVM de eo quod intereſt, dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint, melius nobis uiſum eſt, huiuſmodi prolixitatem, prout poſsibile eſt, in anguſtum coarctare, ſancimus igitur, in omnibus caſibus, qui certam habent quantitatē, uel naturā, ueluti in uenditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod intereſt, dupli quantitatem minime excedere. In alijs autem caſibus, qui incerti eſſe uidētur. Iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere. Vt hoc quod re uera inducitur, damnum, hoc reddatur, & non ex quibuſdam machinationibus, & im-*



*modicis*

*modicis peruerſionibus, in circuitus inextricabiles, redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat. Cum ſciamus nature eſſe congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ, uel cum competenti moderamine proferuntur, uel a legibus certo fine concluſæ, ſtatuuntur, & hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio, quia & ex eo ueteres, id quod intereſt ſtatuerunt, & ſit omnibus, ſecundum quod dictum eſt, finis antique prolixitatis huius conſtitutionis recitatio.*

*Index*

# INDEX EORVM QVÆ CONTINENTVR IN PRÆFATIONIBVS.

LEGIS commendatio. 1. 2. 3.
Generalis conſtitutio eſt, & continet omne omnino quod intereſt, non unam ſpetiem tantum, licet Doct. communiter contra. num. 4.
Vtilitas & intereſſe idem ſunt. num. 5.
Intereſt noſtra ex eo quod aliquid factum eſt, aut factum non eſt. num. 6.
Intereſſe an ſit triplex. num. 7.
Commune intereſſe quid. num. 8.
Singulare intereſſe quid. num. 9.
Connentionale intereſſe quid. num. 8.
Hæc lex de ſingulari intereſſe loquitur ſecundũ communem. num. 10.
Contrarium eſt uerius num. 11. quod intelligitur ut num. 12.
Intereſſe aut circa rem, aut extra rem cõſiſtit nu. 13.
Circa rem & intra rem pro eodẽ accipiuntur nu. 14.
Vnicum eſt intereſſe, quo omne damnum & lucrum continetur. num. 16.
Vtilitas aut ex affectione aut ex commodo pecuniario metitur. num. 17.
Voluptatis ratio non habetur, ideſt eſtimatur. nu. 18.
Affectio non auget eſtimationem. num. 19.
Affectio parit actionem plerunq;. num. 20.
Actio ob affectionem ſepe datur. num. 21. non tamen ſemper. num. 22.
Vtilitas quæ in pecuniario commodo uerſatur communiter

muniter & ſingulariter poteſt conſiderari nu.23.
Singularis utilitas quæ dicatur. num.24.
Singularis utilitatis ratio non habetur. num. 25. & 27.
Singulare pretium quod ſit. num.26.
Equi claudi eſtimatio ſingularis reſpuitur. num. 28. & 29.
Particularis utilitas quomodo ueniat in intereſſe & eſtimetur.num.30.
Vtilitas communis omnium non uenit in intereſſe nec eſtimatur,ſed particularis nu.31.& 33.& 34.48.
Inaudita & rara utilitas,reijcitur. num.32.
Intereſſe non ſemper equat pretium conuentum, aut commune,nec excedit,ſed ſepe minoris eſt, nu.35. & ſic non eſt hoc neq; conuentum neq; ſingulare, neq; commune,an ergo erit quartum genus?an uni cum dicemus? num. 38.
Acceßio & cauſa & intereſſe differunt. num. 39.
Pretium & intereſſe differunt num. 40.
Eſtimatio lucri & damni eſt intereſſe. num. 41.
Intereſſe in pecunia numerata num.42.
Pretium rei triplex eſt. num. 43.
Singulare pretium quid & an de eo habeatur ratio, num.44.& 45. & quid ſi concurrat utilitas ſingularis cum affectione num.46.
Intereſſe ſine mora ſepe preſtatur. num. 47.
Intereſſe commune nullum,quin & hoc ſit ſingulare, num.48.
Singulare continet etiam cõmune in ſe tanquam ſummam minorem. num.49.
Exordiũtur

EXORDIVNTVR Hoc in loco omnes Doct. à Bartolo uſque ad cagnoll. Qui nouiſſimus eſt legem hanc quem interpretandam ſuſcepi difficillimam eſſe, & fatentur omnes altiſſimam continere ac ſcabroſam materiam, quæ in hoc quod intereſt uerſatur, ſubijcit Rebuff. procelloſum eſſe & immenſum hoc Pelagus quod ſulcandum ſe ſe offert, in quo ut ipſe teſtatur nemo eſt qui naufragium non fecerit. 1

EGO Vt uobis commilitones cariſſimi rem gratam facerem, poſt ſummos labores in explicanda ultimarum uoluntatum materia exhauſtos, hoc interpretandi onus anni tempore grauiſſimo maximis caloribus, ſuſcipere non recuſaui, nec me terruit ſumma rei difficultas, hanc enim mea erga uos uicit beneuolentia, effecitque ut in re laboris ac difficultatis plena, egregium putauerim periclitandas eſſe ingenij uires, & experiri an meo labore poſſim uaſtiſſimum hoc mare in tanto magnorum uirorum naufragio enatare, Quãquam uereor me tempus potius quam materia nos deficiat, uix enim ſuperſunt octo lectiones, tamen ſi per uos non ſteterit polliceor me etiam uacationum tempore in interpretatione ac explicatione huius materiæ, donec prefecta fuerit & abſoluta, perſeueraturum, quod ut fieri poſſit nihil alienum à materia extraneum ue importabo, nec incul- 2

*cabo,ſed in his tantum inſiſtam quæ ad rei de qua agitur cognitionem pertinent, & quia ut dixi breuitas temporis urget, non ſeruabo morem, hactenus à me obſeruatum, & à cæteris longo uſu probatum.*

2 SED *Omiſsis gloſſematum recitationibus ac interpretationibus ſolitis, immorabor tantum ſuper uerbis text.noſtri, quæ interpretatione digna eſſe, & commentarium mereri uidebuntur, quem morem etiam ſeruaui in commentarijs ad .l.1.ff. de off. eius cui mand.eſt iuriſd. editis, & ad ſingula uerba quæſtiones opportunas adnectam, utilitas materiæ tanta eſt ut uerbis exprimi non poßit,quamobrem cum maximis laboribus compenſabimus eam quam diſcendo capimus uoluptatem, & commodum quod ex ſtudio huiuſmodi percepturi ſumus.*

Ne *aũt ad tantam materiam pertractandam illotis ut aiunt manibus accedamus iuxta .l.1.ff.de orig. iur. nonnulla ad euidentiorem rei de qua agitur intellectum præfari oportet.*

4 SCIRE *Igitur in primis oportet quod hæc* Rub. *& hæc conſtitutio generaliter concepta eſt,de eo quod intereſt, ideo generaliter intelligetur,ita ut complectatur omne quod intereſt, ſiue in damno, ſiue in lucro conſiſtat,ſiue magni interſit,ſiue parui, ſiue ex una cauſa,ſiue ex multis,ſiue communiter ſiue ſingulariter, ſiue circa rem, ſiue extra rem, ſiue aliter qualitercunq;.* Ideo *ego intelligam hunc text. ut procedat indiſtincte in omni eo quod intereſt, & defendam id quod intereſt totum quantuncunq; ſit, quouis colore aut nomine nuncupetur,in caſibus certis ultra*

*dupli*

*dupli quantitatem,non uenire in condemnationem, non dico quod pluris non interſit quam ſit duplum, ſed dico quod Iudex condemnando non debet exce= dere duplum, & cum lex generaliter loquatur gene= raliter intelligam .l.1.§. & generaliter .ff. de legat. præſtan.l. à procuratore .C.mand.l. in fraudem .§. fin.ff.de his quæ in fraud. credit .l. ſi quis in ſuo .§. nos autem.C.de fidei com.libert.uerbo enim generali omnia includuntur ſecundum* Bal. *in conſ. 191. nu.ij. lib. 1. & generalis locutio nihil relinquit intactum ſecundum* Bal. *in conſ. 305.lib.1. & cum non diſtin= guat lex,nec ego diſtinguam .l. de precio .ff. de pu= blician.l.1.§. quod ait.ff.de aleat.cum ſimilib.& cum uerba legis ſint clara illis herebo.l.ille aut ille §. cum in uerbis .ff.de legat.3.* Et *hæc ſunt notanda quia ſe= cundũ cõem ſententiam* Doct.*hæc conſtitutio reſtrin gitur ad unã ſolam ſpeciem eius ꝗ intereſt.* Q*uod ego nõ admitto,et infra latius defendã in prin.nu.30. cũ ſeq.& hæc magni ſunt momenti,ideo menti tenenda.*

SCIRE Oportet *quod utilitas, & id quod* 5
*intereſt pro eodem accipiuntur, & ideo ſi utile eſt aliquid factum eſſe,uel nõ eſſe,tunc dicitur intereſſe illud factum eſſe,uel non eſſe factum,& quod pro eo accipiantur probat text. in .l. ſi ſterilis .§. cum per uenditorem .ff.de action.empt.& in .l.pen.ff.ſi quis caution .l. pretia rerum .ff. ad .l.falc.l. ſi uendidero §. 1.ff. de furt.l.* Iulianus *.§.fin.ff. ad exhiben.l. ſed loci §. 1.ff.fin.regundo,& ibi* Bald.*l.uideamus uerſ. non enim .ff. de in lit.iuran.l.ij. & iij.§.fin.ff. de eo quod cert.loc.l.emptorem .§.fin.ff. de act.empt.*

6 ITEM Omne quod intereſt aut ex eo quod aliquid factum eſt, aut ex eo quod factum non eſt, proficiſcitur, & ſic noſtra intereſt, aut quia aliquid factum eſt, aut quia factum non eſt. l. ſi ita quis. ff. euict. ibi utilem eſſe hoc continet, quod intereſt horum quid eſſe, uel horum quid non eſſe, & hoc omnes admittũt dum diffinitionem eius quod intereſt à glo. traditam defendunt, & facti appellationem etiam ad id quod factum non eſt porrigi aſſerunt iuxta .l. qui non facit .ff. de reg. iur. & l. ſi mora .ff. ſolut. mat. & l. ſi quis ſepulchrum .§. ſumus .ff. de relig. et ſumpt. fun. l. id quod noſtrum eſt & ibi Dec. ff. de Regul. iur. Corn. in conſ. 99. uol. 1. Bart. & Doct. in .l. iiij. §. Cato .ff. de uerb. oblig. De generali ſenſu huius conſtitutionis uide etiam quæ dixi inf. in princ. nu. 25.

7 SCIRE Etiam oportet ꝙ ſecundum Doct. communiter triplex eſt, commune conuentum & ſingulare glo. hic & Bart. col. vij. uerſ. his ergo Soz. in rub. col. iiij. nu. 22. et col. xv. nu. 101. Dec. in ead. rub. in prima lect. col. iij. circa fin. nu. 10. & in 2. lect. col. iiij. uerſ. uenio ad ſecundum nu. 27. & in hac .l. in prima lect. col. vij. nu. 14. & in 2. lect. col. v. num. 37. & Rebuff. hic in glo. 1. fo. 43. num. 14. & Cagnoll. in rub. col. vi. nu. 15. & hic col. xxij. nu. 93. & Alciat. hic cap. 4. col. 2. tamen ego non ſequar hanc ſententiam, ut inf. & maxime in uerſ. hoc quod intereſt a num. 3. cum mul. ſeq.

8 COMMVNE Appellant Doct. illud quod communiter omnium intereſſe poteſt, ſi cuilibet caſus ille contigiſſet, ut per Bart. hic col. fin. & Bald. col. 1.

& Dec.col.ult. & Cagnol.col.xxij.nu.93. Exemplum proponitur in eſtimatione ipſius rei de qua agitur, nam communiter eſtimata tantum ualet omnibus quantum mihi, Soz.in rub.numer.39. & 40. dicam inf. in uerſ. hoc quod intereſt numer. 3. cum ſeq. Conuentionale ſeu conuentum eſt illud quod conuentione partium taxatur ſeu conſtituitur de quo in .l. fin.ff.de præt.ſtipu.& l.procurator ad exhibend.ff. rem rat.habe.& in .l. ſi plus .ff.de euict. tradit Cagnoll.hic nu.99.& in rub.nu.17.

SINGVLARE in quo propter aliquam ſingularem qualitatem quæ mihi ineſt, pluris mea intereſt, quàm aliorum. Exemplum proponitur in libro, diu multumq; per me uerſato, in quo memoriam localem conſtitui, pluris enim mea intereſt, quam cæterorum habere hunc librum, Bart.col.iiij.circa fin.uerſ. dices tu, & col.ſeq. in princ.ſal. hic col. pen. Curt. col.xviij. Dec.in rub.col.iiij.nu.39.Cagnol. hic nu. 100, Rebuff.in glo.1.fo.52.nu.80.et alij cõmuniter. 9

ET Secundum communem ſententiam Doct. de hoc intereſſe ſingulari tantum tractat hæc conſtitut. & hæc eſt illa utilitas, & illud intereſſe quod in condemnatione non poteſt ex cedere duplum, aliæ ſpecies utilitatis in totum debentur in infinitum, ſecundum Doct.Bart.hic col.iiij.uerſ.oppo.igitur, & col. xi. uerſ. quero dicam inf. in princ. numer. 30. & num. 40. & eſt communis ut per Cagnoll . hic col. xij.nu. 58.& late comprobat num.62. 10

CONTRARIVM Tamen quod immo loquatur de communi intereſſe, tenet Curt. & Dec. 11

*in locis allegatis,de quare infra latius tractabitur,in princ.nu.4.cum mult.ſeq.& nu.9.& 14.et in uerſ. hoc quod intereſt nu. 3. cum mult. ſeq.* Multi etiam *tenent quod unicū & ſimplex ſit illud quod intereſt. Quod tamen uarie eſtimatur,uidelicet* Iaco. de raue. & Pet. de bellapertica *quos refert* Cagnol. *in rub. col.vi. num. 14.quam ſententiam ego tenebo ſcilicet quod ſit unicum quod ex uarijs cauſis creſcit & minuitur, & conſideratur tanquam totum ſeu corpus, non tanquam genus in uarias ſpeties diſtinctum, ſemper enim dicimus,emptoris intereſt, agentis intereſt,mea intereſt.l.1.in princ.ff.de act.empt.nonquā dicimus quod omnium communiter intereſt, item hoc uerb.intereſt eſt ſingularis numeri,nec in plurali uſquam invenitur,item nunquam ait lex quod tranſeat de ſpetie in ſpetiem, ſed quod augetur & minuitur, & pluris eſt & minoris, quæ non conueniunt generi,ſed corpori,quod ſemper idem manet, ſiue auctum ſit,ſiue diminutum .l.proponebatur .ff.de iudi. brun. in tract. de augum. in prima princip.quæſt.col.1. de hac quæſtione uide inf.in princ.nu.4.nu.9.& 14.*

12 NEGARI *Tamen non poteſt quin huiuſmodi intereſſe poßit eſtimari ſingulariter,hoc eſt pro ut forte unus ſingularis,puta pater,emeret,item pro ut forte aliquo ſingulari momēto temporis res ualuit & hæc poteſt appellari ſingularis utilitas, ſed apud tribunalia iudicū non habetur in conſideratione text. eſt ex preſſus in .l.ſi ſeruum .ff. ad leg.aquil. & in l.pretia in princ. & §.fin.ff. ad leg.falc. & in .l.1. §. ſed ſi rem .ff. ſi quid in fraud. patron. l.fin. ff. de ſeru.*

*ſeru. corrupt. ideo nec ego curabo de ea, nec conſtituam ob hoc diuerſas ſpeties, maxime quia non poteſt conſiderari hæc ſingularis utilitas, quin etiam contineatur communis ualor, nam ſi res ualeat* Decem, *& inueniatur ſingularis emptor pro quindecim, hæc ſingularis utilitas, quæ conſiſtit in quindecim, continet etiam decem, & ſic communem eſtimationem l. 1. §. ſi ſtipulanti & ibi glo. ff. de uerb. oblig. l. ſi unus §. ſi cum mihi & ibi* Bart. *ff. de pact. de qua re inf. latius tractabitur.*

SCIRE *Etiam oportet quod quicquid noſtra intereſt aut circa rem conſiſtit, aut extra rem, ſeu ex trinſecus uenit, probat text. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem. ff. de act. empt. tradit* Bart. *col. viij. uerſ. item quero* Dec. *in rub. in prima lect. col. pen. circa fin. & in 2. lect. col. v. circa princ. num. 32. &* Rebuff. *hic in glo. 1. fo. 64. nu. 147. ubi atteſtatur communem &* Cagnol. *in rub. num. 19. licet* Soz. *triplicem ſpeciem conſtituat in hac rub. nu. 29. de qua re infra latius tractabitur, & ego ſequar communem ſententiam, nam licet* Soz. *exiſtimet quod differant inter ſe illud quid intra rem intereſt, & illud quod circa rem conſiſtit, ut per eum in d. rub. num. 35.* 13

TAMEN *Omiſſa diſputatione uocabuli quæ pertinacibus eſt relinquenda iuxta glo. in rub. ff. ſolut. matri.* 14

CVM Doct. *communiter teneant quòd quo ad effectum idem iuris ſit de eo quod circa rem uerſatur, quod habet locum in eo quod intra rem conſiſtit ut per* Dec. *in* Rub. *col. pen. circa fin. nu. 21. in prima lect.*

*lect. & idem in 2.lect.col.V.num.35. & Cagnol. in rub.col.pen.nu. 21.Ego pro eodem accipiam utrunq;. Immo etiam ab his non diſtare comprobabo cauſas corpori coherentes de quibus ſit mentio in .l. proinde ff.ad .l.aquil.*

16 TENEBO *Tamen quod unicum ſit intereſſe ſiue intra rem,ſiue extra rem conſiſtat,quod ex uarijs cauſis conflatur atq; conſtituitur, & ea ratione interdum longius procurrit,interdum anguſtioribus finibus concluditur, ut etiam placuit ferretto hic fol.110.num.29.de qua re infrà in princ. nu.27. Si uis autem ſcire quid ſit intereſſe circa rem, & extra rem uide inf. ſuo loco ad quem uos reijcio, ne ſim nimis longus in præfationib. uide inf.in uerſ.hoc quod intereſt num.20. cum mult. ſeq. & in uerſ.fin. num.14.& 20.*

17 SCIRE *Etiam oporter quod utilitas conſideratur aut ex affectione,aut ex cõmodo pecuniario, de utilitate quæ ex affectione conſideratur nulla habetur ratio, in eſtimando intereſſe,* De *utilitate quã metimur ex commodo pecuniario habetur ratio, hoc exprimit text.in l.1. §. ſed ſi rem ff.ſi quid in fraud. patron. ubi ita demum reuocantur alienata à liberto infraudem patroni, ſi eius interſit, intereſſe autem non intelligimus ob affectionem,puta opportunitatis, uel uicinitatis, uel cœli, uel ex eo quod illic educatus fuerit,uel quod ibi ſint ſepulchra parentum, ideo non auditur,niſi fraus conſiſtat in cõmodo pecuniario ut*
18 *ibi ait text.* ¶ *Eadem ratione ait text.in l. fin.ff. de oper. ſer. quod in eſtimandis operis ſeruorum, non*

*habetur*

*habetur ratio uoluptatis uel affectionis, ueluti ſi dilexerit eum dominus, aut in delicijs habuerit, idem probat text. in l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & in l. pretia rerum ff. ad l. falc. & in hoc conueniunt omnes quod de affectione non habeatur ratio, Sed oportet quod damnum re uera datum ſit, ut exprimit tex. noſter, quod intereſſe conſiſtit in commodo pecuniario l. ſi quis ab alio ff. de re iudic. glo. in extrauag. prouide in uerb. obligationibus in tit. de ſent. ex com.* Tiraquel. *in tract. de retract. fol. 657. nu. 3. §. xxxi. glo. 1.*

ET Quod *affectio non augeat eſtimationem, tradit* Io. *an in addit. ad ſpecul. in tit. de fructib. & intereſſ. §. uiſo de communi* Bart. *hic col. viij. uerſ. & ideo circa hoc* Dec. *col. vi. nu. 46. & col. xij. nu. 84. &* Rebuff. *in glo. 1. fo. 54. nu. 87. &* Cagnol. *col. xiiij. in princ. nu. 62. & col. xv. nu. 67. & col. xxiij. nu. 101. & communiter Doct.* 19

HÆC Tamen *utilitas quæ in affectione conſiſtit, licet non augeat eſtimationem eius, quod intereſt, tamen ſæpe cauſam præbet, propter quam datur actio, ad aliquid aliud conſequendũ, nam regulariter actio nemini datur à lege niſi ſua interſit l. ſi patroni §. qui fideicommiſſariam & ibi* Alex. *ff. ad* Trebell. *l. ſed nec legatarius cum l. ſeq. ff. de condict. furt. l. ſin autem §. ſi homo ff. de rei uendic.* Bart. *in l. ſi unus §. ante omnia in 3. not. ff. de eo per quem fact. erit, late* And. Tiraquel. *in tract. de retract. fo. 54. §. 1. in glo. ij. num. 51.* 20

SVFFICIT Autem *ad hoc ut actio præſtetur, quod interſit, etiam ratione affectionis ut tradit* 21

Dec.

*Dec.in rub.huius tit.col.ij. nu.* 14. *Exemplum eſt in l.ſi cui fundus ff.de legat.*2. *& l.ſi in emptionem ff. de minorib. & l. libertus qui ſoluendo ff. de bon. li= bert. & in l.in fundo ff. de rei uendic.l. cum ſeruus ff.mandat.*

22 NON Dico *quod in omni caſu ex affectione detur actio, nam de hoc eſt altercatio inter* Doct. *an in cõtractibus ſtricti iuris affectio producat actionem ut per* Iaſ. *in l.quidam cum filium nu.* 7. *ff. de uerb. oblig. & in l.*1.*col.ij.ff.de in lit.iur. & in conſ.xli. uol.*3. *ſed dico quod eſt ſufficiens cauſa propter quã lex moueatur ad dandam actionem, ut extant exem= pla in locis proxime allegatis, tamen ut dixi licet de= tur interdum actio, nonquam eſtimatur hæc affectio, nec auget eſtimationem intereſſe quod petitur, per ſupradicta.*

25 SCIRE Etiam *oportet quod utilitatis quæ petitur eſtimatio, & ſic utilitas quæ uerſatur in com modo pecuniario, poteſt conſiderari duobus modis, ſin gulariter & communiter, eſtimatio communiter con= ſiderata, tunc fit cum res tanti eſtimatur, quanti com muniter omnibus ualet, puta ſaccus frumenti commu niter in foro* Ticinenſi *pretio aurei unius uenditur, hoc eſt commune prætium & communis eſtimatio, tanti enim omnibus ualet in hac ciuitate.*

24 SINGVLARITER *Conſideratur uti litas, quando res eſtimatur ſecundum ſingularem uti= litatem, ſeu ſecundum eſtimationem ſingularem, hoc eſt ſecundum eſtimationem paucorum, exemplum apud me eſt ſeruus filius magni principis* Turcarum, *is*

*ſeruus*

*ſeruus communiter omnibus ualet xx. hæc eſt commu=
nis utilitas, & communis eſtimatio, pater autem pro=
pter amorem paternum, & quia abōdat diuitijs, quin
gentis eum redempturus eſt, ſi ſibi liceat, hoc pretium
eſt ſingulare, quia unus homo tantum aut etiam duo
uel tres tanti empturi ſunt, cæteri eſtimationem xx.
non excedent, hoc prætium à patre oblatum, ſeu quod
uériſſimiliter oblaturus eſt, dicitur pretium ſingulare
ſeu eſtimatio ſingularis d.l.ſi ſeruum & d.l.pretia.*

DE *Hac non habetur ratio quando petitur* 25
*id quod intereſt, ſed habetur tantum ratio de eſtima=
tione communi, hoc exprimit tex. qui cauillari non po
teſt in l.pretia rerum ff. ad l. falc. & in l. ſi ſeruum
ff. ad l. aquil. ubi ait quod pretia rerum non ex ſin=
gulari utilitate, ſed communiter funguntur, & dat
exemplum de eo, qui ſeruum habebat filium alienum,
quem pater magno redempturus ſit, tamen ob id illum
non eſſe locupletiorem dicit, nec faciendam eſſe eſti=
mationem ſecundum affectionem paternam, ſed quanti
omnibus ualet.*

ITEM *Singulare pretium dicitur illud* 26
*quod eſt momento temporis conſtitutum, aut ex
rara & inſolita caritate, quia non ſic communiter
uendi conſueuit, & hæc caritas rara, & inaudita
non conſtituit pretium commune, ſed ſingulare, et ſic
conſideratur ſingularitas etiam ex tempore ipſo, tex.
eſt in d.l.prætia rerum §.fin.ff. ad l. falc. quem ego
ſic intelligo, & de eo poſtea tractabitur, dicitur etiam
illud ſingulare pretium quod ex affectione conſide=
ratur, de qua re ſupra tractatum eſt, dico itaq; quod
in eſti=*

*in eſtimando intereſſe res eſtimatur quanti omnibus ualet, de ſingulari autem eſtimatione, ſeu utilitate nulla habetur ratio per text. in d. l. pretia rerum ff. ad l. falc. & d. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil.*

27 IN Hoc tamen Doct. *tenent contrarium quia exiſtimant quod etiam ſingularis præſtanda eſt, immo putant quod hæc conſtitutio quæ loquitur de duplo non excedendo, loquatur de huiuſmodi utilitate ſingulari, quam ipſi uocant intereſſe ſingulare, & ita ſe habet communis opinio.* Quæ *ſententia falſa eſt ut loco ſuo oſtendetur nam non ſolum iure non probatur, immo cõtra tex. expreſſos recepta eſt.* Præterea *nec praxis illam admiſit, nec conſuetudo, nuſquam enim auditum, & nuſquam relatum eſt, quod iudex aliquis bonus, de huiuſmodi ſingulari utilitate in ſententijs ferendis rationẽ habuerit,* Quin & Rebuff. Doctor *egregius nullam omnino de ea rationem à iudicibus in* Gallia *haberi ſcribit fo.* 114. *in glo. ſubti-*

28 *litatem nu.* 84. Et *recte, nam queſo per* Deos *immortales, (appello nunc bonos iudices longo rerum uſu præditos, & in rebus gerendis exercitatiſſimos) quis non rideat claudum illum hoſtiatim uictum queritatem, de quo meminit* Rebuff. *hic in glo. dupli fo.* 98. *nu.* 79. *qui magni & quidem pluris quàm egregium & bellicoſum equum, eſtimabat equum morboſum, ſeu etiam aſinum ad qualibet hoſtia remorantem, nec inde abſcedentem niſi largitione elemoſyna ue receptaſ plurimi quidem claudus ille faciebat equum iſtum quia ſibi pedibus egro commodiſſimus erat, & ſemper eum paratum habebat, cum alioqui alterum equum*

*pernicem*

*pernicem, ſi aufugiſſet, non facile aſſecutus fuerit, tamen amiſſo equo, ſeu aſino huiuſmodi, puto bonum iudicem tanti ſolummodo eſtimaturum, quanti omnibus ualet, non autem quanti carus eſt ſoli domino, d. l. pretia rerum & d. l. ſi ſeruum, idem dico de eo qui amiſit librum, in quo diu noctuq; uerſando inſudauerat, & memoriam ad res inueniendas opportunam longo uſu comparauerat, quod exemplum paßim hic inculcatur à* Doctoribus, *precipue* Bart. *col. iiij. circa fin. uerſ. dices tu, & col. ſeq. in princ. & col. ult. & ſalic. col. añpen. & Curt. col. xviij. et* Rebuff. *in glo. 1. fol. 53. num. 31. & Cagnol. col. xv. num. 67. & ferè omnes* Doct. *hic.* ¶ *Ego puto hunc ſimilem eſſe (ut in prouerbio eſt) illi preſbitero montano, qui neſciebat legere niſi in libro ſuo, & puto etiam quod liber iſte non pluris eſtimabitur à bono iudice & exercitato, ob hanc affectionem ſingularem, quam quanti omnibus ualet, per ſupradicta, quicquid dicant* Doct.

LICET *Autem paulo ante dixerim quod* 30
*ſingularis utilitas etiam in commodo pecuniario uerſans non habetur in conſideratione, nec auget eſtimationem, nec condemnationem ſupra id quod intereſt, tamen quando damni ſeu lucri initur ratio, & queritur quæ utilitas eſtimanda ſit, non eſtimatur utilitas communis omnium, ſed eſtimatur utilitas particularis illius hominis, qui petit intereſſe, nam ob uaria hominum negotia; item ob uarietatem patrimoniorum, & ob uarias hominum calamitates & ob uaria ingenia, pluris mea intererit me ſticho non carere, quam cuiuslibet alterius, finge enim me heredem inſti-*

*tutum ſub ea conditione, ſi ſtichus liber factus fuerit, magni mea intereſt ſtichum non eſſe occiſum, ob id enim non ſolum ſeruo careo, ſed etiam hereditate forte opulenta, nullius alterius tanti intereſt, quia nemo alius ſub huiuſmodi conditione heres ſcriptus eſt.*

31 E G O Dico *quod particularis mea utilitas ſpectatur, & uenit in eſtimationem, non autem quanti oĩum intereſſe, ideo eſtimabitur etiam hereditas amiſſa l. inde ne ratius. §. idem Iulianus. ff. ad. l. aquil. quæ in alio non eſſet eſtimanda, cum nullius alterius tanti interſit.*

¶ *Idem dico ſi ſub pœna promiſſerim pecuniaria ſtichum ticio dari, nam & huiuſmodi pœnæ habenda erit ratio l. liber homo in fin. ff. de uerb. oblig. l. iij. §. nunc de officio ff. de eo quod cert. loc. l. iij. ff. de in lit. iuran. hæc eadem in altero non habebunt locum, quia forte nullius alterius tanti intereſt.*

32 I D E M Dico *de tigno uitioſo, aut pecore morboſo de quo fit mentio in l. Iulianus in princ. ff. de act. empt. nam forte ex decem millibus hominum, alter non ſuper edificabit, aut licet ſuper edificet, tantum onus non ſuper imponet, aut non ita pretioſas ædes faciet, adeo quod inter x. millia hominum non exiſtet alter emptor cuius tanti interſit tignum uitioſum nõ fuiſſe traditum, habebitur tamen ratio eius quod mea intereſt, non autem quanti intereſt communiter omnium, & ſic conſideratur utilitas particularis in inte reſſe eſtimando.*

33 E T Hoc *eſt quod lex ſemper dirigit ſermonem ad eum*

*ad eum cuius intereſt, & ait tantum præſtandum eſſe non quanti intereſt communiter omnium, ſed quanti intereſt emptoris, quanti intereſt agentis, & ita ſemper loquitur lex, de quo ſunt exempla in iure noſtro paßim inculcata ut in l. 1. in princ. in uerb. emptoris intereſt ff. de act. empt. & in l. Iulianus. §. quod autem in uerb. quanti emptoris interfuit eo tit. & in l. ſi ſterilis. §. quamuis ibi quanti emptoris intereſt, & in. §. cum per uenditorem, ibi, omnis utilitas emptoris in eſtimationem uenit eo. tit. & expreßius in l. ſi commiſſa ff. rem rat. habe. ibi quantum mea interfuit ideſt quantum mihi abeſt, quantumq; lucrari potui, & in l. 1. prim. rñſ. & . §. ſeq. in uerb. quanti eius interſit ff. de furt. & alibi ſæpe.*

D I C O *Igitur quod particularis unius cuiusq; utilitas, & particulare damnum, ac lucrum in eſtimationem uenit, per ſupradicta, tamen communiter ideſt communi pretio ſunt eſtimanda, & ſic intelligimus ſingularem utilitatem eſtimandam eſſe, dummodo communi pretio eſtimetur, & ſit talis utilitas quæ recipiat communem eſtimationem & per hoc excluditur pretium ſingulare, item affectio, item utilitas illa inaudita, & rara, quia hæc non recipit communem eſtimationem, cum ſit ipſa ſingularis, & inaudita, ita puto procedere tex. in d. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & in l. pretia ff. ad l. falc. Et hæc ſunt menti tenenda quia magni ſunt momenti, & ſummopere conferunt ad uerum huius legis ſenſum habendum ac totius materiæ explicationem conſequendam, & noua ſunt & ab alijs non tradita, de quibus inf. latius tractabitur,* 34

*uide omnino inf. hoc eodem uerſ. nu. 49.*

35 SCIRE *Etiam oportet quod intereſſe non ſemper equat pretum rei commune aut conuentum, nec excedit, immo ſæpe minoris intereſt quam alterutrum pretium, Ideo ſæpe ait lex quod quanto minoris res empta eſſet, præſtandum eſt pro eo quod intereſt l. ſed & ſi ff. de euict. ubi emptor qui ignorans ſeruũ fugitiuum emerat, & non ſanum, conſequitur quanto minoris eum emiſſet, ſi & non ſanum & fugitiuũ eſſe ſciuiſſet, ideo inquit ſi decem aureorum pretio ſeruum hunc emerit, non empturus niſi pretio ſex aureorum, ſi uitium ſerui morbusq; eum non latuiſſet, conſequitur tantum quatuor, non autem totum pretium, nec totam eſtimationem, & in l. quia dicitur, in uerb. quanto minoris, eod. tit. & hoc caſu qui conſequitur quãtum deterior eſt ſeruus, intelligitur conſe qui id quod ſua intereſt l. euicta la prima eod. tit. Idem probat text. in l. euicta la ſecunda ff. de euict.*

36 EXEMPLVM *eſt etiam in l. domum ff. de contrahe. empt. & in l. ſi cum uenditor in fin. ff. de euict. & in l. Iulianus ff. de actio. empt. & in l. idq; Iulianum in princ. ff. eo. tit. ubi minuitur præſtatio ſi ſeruus deterior factus ſit apud emptorem quando euincitur & in l. ij. ff. de eo quod cert. loc. & hæc non negant Doct. Cum igitur id quod intereſt plerumq; non excedat, neq; equet pretium commune, nec conuentum ſed minoris ſit.*

37 QVERO *à Doct. noſtris, qui tres ſpeties, ſeu tria genera eius quod intereſt ex cogitauerunt, ſub qua ſpetie collocabitur hoc quod minoris eſt, profecto*

*fecto nec conuentum dici poteſt quia minus eſt, nec commune quia minus eſt, nec ſingulare quia hic non cadit aliqua affectio, item illud ſolet excedere, ut per* Soz. *in* Rub. num. 57. *poſt* Bart. *hic quem ſequuntur* Doct.

AVT Ergo *quartum genus eius quod inte=* 38
*reſt excogitandum eſt, aut unicum intereſſe prædicandum eſt, quod interdum pluris eſt, interdum minoris, & uarijs ex cauſis, & ex qualitate perſonarum creſcit, & diminuitur, hoc exprimit tex. in l. infundo ff. de rei uendi. de qua re inf. latius tractabitur.*

SCIRE Etiam *oportet quod aliud eſt ac=* 39
*ceßio aliud cauſa, aliud utilitas, ſeu id quod intereſt, aliud fructus, aliud uſura, arg. l. ſi idem* C. *de codicill. & patet ex tit. ſub rub. ff. de uſur. & in tit.* C. *de fructib. pign. & omni cauſ.*

SCIRE Etiam *oportet quod aliud eſt pre=* 40
*tium aliud intereſſe, & hoc indubitatum eſt capiendo pretium proprie pro pretio, pro ut uenit in emptione & uenditione, nam pretium hoc ipſum & merces debentur principaliter.* Intereſſe *autem ſuccedit in locum rei quæ debetur ſecundum* Doct. Ideo *pretium ipſum non poteſt eſſe id quod intereſt. maxime quia pretium eſt certum, ut inſt. de empt. & uendit. §. pretium, intereſſe eſt incertum l. liber homo in fin. & ibi glo. ff. de uerb. oblig. patet etiam ex hoc quod intereſſe conſiſtit in facto l. quatenus ff. de uerb. ſign. ubi ait quod quatenus cuiusq; interſit in facto non iure conſiſtit, & in l. ſi ita quis ff. de euict. ubi intereſt aliquid eſſe aut aliquid non eſſe, pretiũ uero conſiſtit in*

*pecunia numerata l.ſi quis ab alio in fi.ff.de re iudic.*

41 CAPIENDO Autem pro eſtimatione rei quæ debetur, ſeu uerius pro eſtimatione lucri, & damni tunc differunt pro ut res eſtimata ab ipſa eſtimatione, & propterea ſæpe ait lex ꝙ utilitas uenit in eſtimatione, hoc eſt eſtimatur & fit condemnatio ad ſummam ſecundum eſtimationem rei factam, dum tñ non excedat duplum, & tunc pro eodẽ poni põt.

42 Fit autẽ condemnatio in pecunia numerata ut eſt tex. expreſſus in l.ſi quis ab alio in fin. ff.de re iudic. quod etiam probat And. Tiraquel in tract. de retract. fol. 656. num. 3. licet Eguin. baro contrarium ſentiat in tract. de diuid. & indiuid. lib. iiij. fol. 191. & quod aliud ſit pretium aliud intereſſe tenet Bart. hic & communiter Doct. licet Cagnol. quandam diſtinctionem faciat de qua inf. uidebimus.

43 SCIRE Etiam opotet quod pretium rei eſt triplex ſingulare conuentum, & commune, de communi, et cõuento meminit tex. in l.1. ff. de act empt. ibi hoc interdum pretium egreditur, ſi pluris interſit quã res ualet, uel empta eſt, & text. in l. ſi ſeruum in uerb. communiter funguntur ff. ad l. aquil. & in l. pretia ff. ad l. falc.

44 DE Singulari loquitur tex. in d.l. ſi ſeruum & d.l. pretia, quod ſingulare pretium aut ex affectione, aut ex ſingulari utilitate cauſatur, ut ibi ait lex dum dicit quod pretia rerum non ex affectione, nec ex utilitate ſingulorũ, ſed ex communi uſu conſtituuntur, tamen de eã nulla habetur ratio, ut ibi exprimit lex, dum ait quod ille non eſt locupletior, qui

habet

*habet ſeruum cariſſimũ, puta filium naturalem quem ipſe magno empturus ſit ab alio, nec tantum ualet ſeruus qui apud me eſt, quantum uendi poteſt patri ſuo, & ſic non conſideratur quantum uendi poteſt uni ſingulari perſonæ, nec duobus ſed quantum omnibus ualet, tex. eſt etiam in l. 1. §. ſed ſi rem uerſ. & alias uideamus ff. ſi quid in frand. patron.*

De *ſingulari pretio etiam loquitur tex. in d. l. pretia rerum in fin. ff. ad l. falc. ubi. ait quod pretia non conſtituuntur ex momentis temporum, nec ex caritate rerũ inſolita et inaudita ſeu quæ raro accidit.*

VIDEMVS Ergo *quod pretij ſingularis* 45
*ratio non habetur, non ſolum quando ex affectione proficiſcitur, ſed etiam ſi ex utilitate ſingulari illud metiri atq; conſtituere oporteat, ita loquitur tex. in d. l. pretia rerum in princ. ff. ad l. falc. ibi non ex affectu, nec utilitate ſingulorum, & in d. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ibi pretia rerum non ex affectione, nec utilitate ſingulorum ſed communiter fungi & in d. l. pretia in fin. idem eſt ſi ex momento temporum aut ex rara & inſolita caritate pretium quis conſtituere uelit nam hoc non eſt admitendum d. l. pretia in fin. ff. ad l. falc.*

ET H*æc procedunt non ſolum quãdo ſubeſt* 46
*affectio, ſed etiam quando utilitas aliqua pecuniaria conſiderari poteſt, nam rara & inſolita & rigoroſa non exigitur per ſupradicta quicquid dicat* Cagnol. *hi nu. 64. qui ait* ꝙ *pretij ẽt rariſſimi habenda eſt rõ & ꝑ hæc uerior eſt ſententia* Imol. & Chriſtof. *caſtellion. et* Dec. *in l. uinum ff. ſi cert. pet. qui dicunt quod*

*de momentanea eſtimatione, ſeu de momentaneo pretio non habetur ratio, contra debitorem uini qui moram fecit, quicquid ibi dicant raſa. comme. & Alex. & Iaſ. in d. l. uinum & alij Doct. qui communiter tenent contrarium ut per Cagnol. in l. ij. nu. 251. C. de reſcind uendit. de qua re poſtea latius tractabitur.*

47 SCIRE Etiam oportet quod illud quod intereſt præſtatur multoties etiam mora non interueniente. Exemplum eſt in l. 1. §. 1. ff. de uſur. ubi ait q̃ ſocius qui inuaſit pecunias cõmunes uel in ſuos uſus conuertit, omnimodo præſtabit uſuras etiam mora nõ interueniente, eſt etiam exemplum in eo qui diuiſit fundos cum coherede, nam illis euictis, tenetur ad id quod intereſt perinde ac ſi uenditor eſſet l. ſi cum uenditor §. fin. ff. de euict. eſt etiam exemplum in eo qui geſſit negotia alterius & pecunias tenuit in archa ocioſas l. qui ſemiſſes §. fin. ff. de uſur. Idem eſt in tutore qui pupilli pecuniam in fũdos non expendit, aut ſub uſuris non credidit d. l. 1. §. ſocius ff. de uſur. Idem eſt in eo qui uendicat rem à bone fidei poſſeſſore, à quo multa impendia facta ſunt ex quibus fundus factus eſt pretioſior, nam tenetur quatenus locupletior efficitur l. in fundo ff. de rei uendic. l. idq; Iulianum ff. de act. empt. Idem eſt in euictione l. euicta la prima & ſecunda ff. de euict. Idem eſt in uenditore uini qui ſciens bonitatem non duraturam emptorem non admonuit nam tenetur quanti intereſt admonitum fuiſſe l. quod ſi neq; ff. de peric. & commod. rei uend. Sed ſi ante moram non debeatur ex mora incipit deberi l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de

act. em-

*act. empt. l. ult. ff. de peric & commod. rei uendit. Doct. hic communiter.*

POSTREMO *ut ceſſet omnis difficultas & omnis ſcrupulus, quia dixi ſupra quod ſingularis utilitas non præſtatur per text. in l. pretia rerum ff. ad leg. falcid. & in l ſi ſeruum ff. ad leg. aquil. ideſt pretium rei ſingulare quale eſt id quod ab uno ſolo preſtatur aut preſtari ſperatur puta a patre uel amante, uel ex momento temporis conſtituitur, hoc enim dicitur rarum & ſingulare pretium, & hoc non præſtatur d. l. ſi ſeruum d. l. pretia.* 49

DIXI *Etiam q. damnum omne pecuniarum, ſeu utilitas omnis pecuniaria, etiam particularis, & quæ nulli alij poteſt contingere, niſi illi de cuius intereſſe tractatur, uenit in eſtimationem, & hæc recte poteſt appellari particularis illius utilitas, non autem communis omnium utilitas quod etiam animaduertit Soz. in rub. col. xvij. nu. 115. nam fieri poteſt, ut mors unius ſerui quæ apud me culpa alicuius euenit, plus mihi damni afferat, quam cuicunq; alteri, nec inueuietur ex centum millibus unus, cui mors eiuſdem ſerui etiã ſi dominus ſit, & apud eum etiam in eodem artificio perierit, tantum damni ſit allatura quãtum mihi attulerit, et hoc ob uarietatem patrimonij. Item ob uariũ genus negotiandi item ob uarios familie mores, item ob diuerſum ſtatum negotiorum, ob uarias calamitates, ob uarietatem temporum, & fortune, et alijs huiuſmodi ex cauſis fieri poteſt, & hoc frequens eſt quod una eademq; res uni longe plus iacture importet quam cuicunq; alteri, ut per Soz. in rub. nu. 67.* 50

*& ita poteſt intelligi glo. hic communiter approbata de qua meminit Soz. in rub. nu. 61.*

51 IDEO *Dixi & adhuc dico quod omne hoc damnum particulare eſtimandum eſt, non quia ſic omnium communiter intereſt, ſed quia tanti mea intereſt, ita procedit text. in l. 1. ff. de actio. empt. cum ſimilib. & hanc ſententiam uidetur probare* Iaco. de Rauen. *& alij quos refert & ſeqtur* Soz. *in rub. nu. 65. & 67. quicquid dicant* Bart. *&* Doct. *qui cõiter tenent contrarium ut per* Soz. *in rub. nu. 66.*

52 DICO *Tamen quod hoc damnum & hæc utilitas particularis, quæ in pecuniario commodo conſiſtit, eſtimanda eſt, pretio communi, hoc eſt quanti omnibus ualet illud quod eſtimandum eſt, non autem iuxta affectionem meam, nec ſecundum quod perſona aliqua ſingularis emet aut ueriſimiliter emptura ſperatur, ueluti pater, aut amator, d. l. ſi ſeruum ff. ad leg. aquil. d. l. pretia ff. ad leg. falcid. & uidetur ſentire* Dec. *col. fin. & añ eũ* Soz. *in rub. col. vi. nu. 40.*

53 DIXERIT *Aliquis quod licet damnum mihi contingens ſit meum & ſingulare, ita ut uix alter inueniri poßit, qui tantam iacturam ſit facturus.* Ta*men ſi proponamus ſeruum hunc apud alterum dominum per ijſſe, eque diuitem, & in eodem ſtatu, in quo apud me perijt, proculdubio tantundem damni eidem importabitur, quantũ mihi illatum eſt,* Idem *dicitur ſi multis hoc euenerit, in eodem ſtatu, & in eiſdem terminis, quibus ego degebam, & ſic omnibus paribus per omnia conſtitutis, omnibus eque damni tantundem ob ueniet, & ſic omnium communiter tantidem intererit*

*et ita*

*et ita commune intereſſe conſiderari poteſt,ut tradit Dec. hic col.fin. & Soz. in rub. nu. 58. & ita procedit id quod tradit Bart. & Doct.*

DICO Ego *quod hoc admiſſo nullus eſt caſus, qui non incidat in commune intereſſe, etiam quando de intereſſe affectionis tractatur,* Idem dico, *quando de rara & ſingulari utilitate pecuniaria tractatur, quæ ab uno tantum aut paucis ſperari, aut inferri conſueuit, puta in eo qui memoriam longo uſu in libro diu uerſato comparauit, quod exemplum paßim inculcant* Doct. *nam ſi præſupponimus eundem ſtatũ, & eoſdem terminos in altero, aut etiam in pluribus, proculdubio in omnibus idem erit intereſſe ut tradit* Soz. *in rub. col. x. nu. 69. et ppea hac ratione attẽta hoc damnum & hæc ex libro amiſſo, importata calamitas, poterit appellari commune intereſſe, ut patet ad ſenſum, tamen hoc negant* Doct. *in hoc poſtremo exemplo. quod qua ratione id faciant uiderint ipſi.* 54

EX *Aduerſo ſi uocamus illud ſingulare intereſſe, quod alicui obuenit, ſtantibus rebus prout ſtant, nec eoſdem terminos præſupponimus in alijs, profecto hoc admiſſo nullus eſt caſus, qui non ſit ſingularis, ſic omne intereſſe erit ſingulare, nullum commune quia uix eſt ut inter x. millia hoı̃um inueniatur unus cuius tanti interſit, quanti mea intereſt ut per* Soz. *in rub. nu. 67. præterquam in damno ſeu eſtimatione ipſius corporis, nam ipſa res principalis & ipſum corpus, tantundem apud omnes communi pretio ualet, & hoc poteſt appellari commune intereſſe ut per* Soz. *in rub. nu. 70. et* Dec. *col. fin. ſed in his quæ*

*uerſan-* 55

*uerſantur circa rem, prout euenit quando peremptione unius corporis aliud depreciatur, de quo eſt exẽplum in l. proinde ff. ad leg. aquil. quod Soz. & Dec. in loco alleg. uocant ſingulare cõtra communem, hoc caſu ſtantibus rebus prout ſtant, non poteſt dari par caſus, ſecundum rerum naturam, in quo tanti ceterorum interſit, quanti mea intereſt, & hoc uidetur ſentire Dec. col. fin licet non ita explicet, dum uult ꝙ intereſſe ſingulare conſiſtat in his, quæ circa pignora amiſſa, mortes ſeruuorum, ac pœnam incurſam, uerſantur, de quibus in l. proinde ff. ad leg. aquil. et ante eum tradidit Soz. in rub. nu. 70.*

*Si uero, ut dixi proponatur idem caſus, cum eiſdẽ terminis & qualitatibus, in omnibus, tunc pariter omnium intererit, ſed ut dixi hoc etiam in affectione uerificatur, prout de libro in quo ob longum ſtudium conſtituitur memoria localis tradit Soz. in rub. numer. 57. ex quo ſequitur quod hoc intereſſe commune & ſingulare conſiderari non poteſt prout a doctoribus conſideratur, prout latius tradit Soz. in rub. a nu. 51. utq; ad nu. 72. licet aliter declaret quam ego faciam.*

56 E T *Vt intelligant omnes do exemplum, culpa alicuius perijt equus inſignis, & mira pernicitate præditus, quo magnus aliquis uir in prelio utebatur, equo perempto cum ob inopiã pecunie alterũ comparare non poſſet tribunatu ſeu præfectura priuatus eſt, cum bello inutilis eſſet, militia miſſus domum rediens in itinere pedeſter ab hoſtibus interceptus eſt, a quibus non fuiſſet interceptus ſi equo ſuo uectus fuiſſet,*

*fuiſſet, quamobrem magna pecuniæ ſumma, etiam ſub uſuris ſumpta, ab hoſtium manibus redimere ſe ſe coactus eſt, uidemus manifeſto quantam iacturam fecerit infelix hic nobilis, equum amiſit, præter dignitatem ſtipẽdium meſtruum perdidit, pecuniam ſub uſuris accepit, eamq; pro redemptione hoſtibus dedit, Finge ex aduerſo eundem equũ in manibus peditis fuiſſe, quo amiſſo, nihil aliud iacturæ ſenſit quam pretij ipſius equi, amiſſo equo in militia pedeſtri perſeuerauit, nec ex caſtris diſceßit, nec ad hoſtium manus peruenit, nemo non uidet quam pluris interſit nobilis illius ducis, quam gregarij militis, tamen idem eſt equus, & tantundem ambobus ualet & ſic quo ad pretium equi par eſt utriusq; intereſſe, quo ad circunſtãtias eſt diſpar, & forte ex decem milibus alteri non contigiſſet tanta iactura, ex amißione illius equi, quid enim ſi ille carior fuiſſet Imperatori, a quo primo amiſſo alterum dono accepiſſet? quid ſi amicorum largitione, alium comparaſſet, quid ſi ipſe pecunijs abundaſſet? proculdubio cetera infortunia uitaſſet.*

**Index**

# INDEX RERVM IN PRINC. CONTENTARVM.

CASVS legis nouus, num. 2.
Ratio decidendi num. 3.
Duplum cur taxatum num. 3.
Intereſſe unde deſcendat num. 4.
Intereſſe latine an dicatur, num. 5. & 6.
Diffinitio intereſſe generalis, num. 7.
Iuſta ideſt uera num. 8. & 9.
Actio non ſemper datur quando intereſt num. 9.
Vtilitas quomodo capitur, num. 10. 11. 12.
Vtilitas affectionis num. 12.
Diffinitio Bartoli bona, num. 13.
Diffinitiones non curandę num. 14.
Diffinitio noua intereſſe in ſpecie, num. 15.
Diffinitio glo. examinatur, num. 17.
Coniuncta pro diſiuncta num. 18.
Diffinitio confecta ex partib. num. 20.
Subdiſiunctiuę natura num. 22. & 23.
Diffinitiones aliorum reprobantur, num. 24.
Rub. cur ſingulariter concepta, num. 25.
Intereſſe ſingulari numero profertur, nunquam plurali, num. 25.
Intereſſe unicum num. 26. 29.
Intereſſe aliquando longius procurrit, aliquando anguſtius concluditur, num. 27.
Intereſſe eſt totum, non genus, num. 28.
Lexiſta reſtringitur ad ſingulare intereſſe ſecundum Doct. num. 30.
Pretium quanti plurimi debetur ſecundũ Doct. nu. 31.

Immo

*Immo de communi intereſſe loquitur, num. 31.*
*Singularis utilitas aliquo caſu cōſiderari pōt. nu. 33.*
*Clara legis deciſio ſeruanda eſt, num. 34. & 35.*
*Singularis utilitas non eſtimatur, num. 35.*
*Conſtitutio gñalis eſt, et gñaliter intelligitur, nu. 36.*
*Eſtimatio communiter fit, num. 37.*
*Singularis utilitas raro etiam ſecundum Doct. eſt in uſu, num. 38.*
*Immo nunquam, num. 39.*
*Maxime in gallia, num. 40.*
*Doct. nimis obſequentes mercatorum uoto hunc ſenſum confinxerunt, num. 41.*
*Cōmune intereſſe duplū nō excedit, nu. 40. et nu. 42.*
*Multi decoxerūt ob cōem ītellectū huius legis, nu. 42*
*Correcta an ſit .l. Iulianus .ff. de actio. empt. num. 43.*
*Vaſis uitioſi uenditi damnum ſarciendum, num. 45.*
*Moroſus non ſemper lucratur ex mora, num. 45.*
*Vſure duplum non excedunt, num. 45.*
*Conſtitutio hæc loquitur etiam de intereſſe extra rem, num. 46.*
*Intereſſe extra rem non excedit duplum, num. 47.*
*Intereſſe quid ſignificet, num. 48.*
*Res principaliter debita non uenit appellatione intereſſe, num. 49.*
*Intereſſe in pecunia conſiſtit, num. 50.*
*Fructus an ueniant appellatione intereſſe, num. 51.*
*Impenſe an ueniant appellatione intereſſe, num. 52.*
*Iniurie an ueniat appellatione intereſſe, num. 52.*
*Quāti res eſt, qūo accipiatur & quid differat et cōueniat cū clauſula quāti intereſt, nu. 53. utq; ad nu. 62.*

*His ita*

1 HIS Ita tractatis quæ præfationis loco ſcripſimus tranſeo ad legem ipſam interpretandam. In compendium redigi poteſt hæc conſt. ſecundum ſenſum quem ego amplectar, hoc modo uidelicet.

Id quod intereſt ultra duplũ pretij in caſibus certis in condemnationem uenire non poteſt, ſiue in damno ſiue in lucro conſiſtat, ſiue circa rem, ſiue extra rem uerſetur, & quacunq; ex cauſa interſit, in caſibus incertis id tantum quod re uera intereſt præſtandum eſt, exploſis ueterum altercationibus quæ in infinitum extendebantur. Diuiditur ut hic per Cagnoll. nu.17.ut dixi oretenus, Omiſſo caſu lõgiſsimo hic recitato per Soz.col.1. Caſus hoc modo formari poteſt.

2 CVM Quidam emiſſet ſeruum cum peculio pretio aureorum decem, re non tradita creuit eius pretium uſq; ad ſummam aureorum quinquaginta, poſtea deſijt eſſe in poteſtate uenditoris ſeruum tradere, Item ex operis ſerui artificis multum lucrari potuit emptor, ſi ſibi debito tempore traditus fuiſſet, puta decem, Item eum ualde diligebat emptor, erat enim alumnus ſuus, ſeu frater naturalis, adeo ut magno ipſe emptor ſupra iuſtum pretium redempturus eſſet, Item ex peculio potuit emptor mercando multum lucri facere puta xx. & alijs ex cauſis multum intererat emptoris ſeruum ſibi die ſtatuta traditũ fuiſſe, conuenit uenditorem coram præfecto, & ad id quod ſua intererat eum comdemnari poſtulabat, & forte eſtimationem utilitatis ſuæ in infinitum producebat,

Iudex

*Iudex materiam hanc confuſam eſſe intelligebat ob magnas uariasq; ueterum altercationes, ex his enim multi in infinitum id quod intereſt extendendum eſſe putabant, alij rem temperādā eſſe exiſtimabant, inter has dubitationes ambigebat iudex qualiter ſuam ſententiam proferre deberet, & quorum opinioni adherere, quamobrem rem ad imperatorem retulit, & non ſolum in caſu qui obuenerat, quid agendum eſſet, ſed in omnibus quid infuturum fieri oporteret quæſiuit, Imperator uiſis & collatis inter ſe ueterum opinionibus, quæ uariæ & in certæ erant, ſub lata ueterum prolixitate, generali lege ſtatuit, ut in caſibus continentibus certam quantitatem, certam ue ſubſtantiam, ſeu certam corpus, duplum pretij, & ſic ſummam aureorum xx. in caſu propoſito & in cæteris ſimilibus duplum non excederetur, in incertis id quod re uera intereſt præſtaretur & hoc tam in lucro quam in damno conſtituit.*

ALII *Alios caſus formant, quos ego non* 5 *refero, mihi uidetur caſus iſte, ſecundum ſenſum quem ego probaturus ſum, aptißimus, & uerißimus.*

*Ratio dubitandi ex formatione caſus facile erui pōt.*

*Ratio determinandi eſt ut euitetur infinitas, ſuper qua re multa effundit hoc in loco Dec.nu.2. & Rebuff.in præfation.fo.xi.in prim.not. & Cagnol. nu. 21. ad quos uos reijcio, Cur autem ad duplum potius quam ad aliam ſummam reſtrixerit, Ego non diſputo, quia inutilis eſt diſputatio, & ſufficit quod ſic placuerit principi l.non omnium ff.de legib.l.1.ff.de conſt. princ.l.quia poterat ff. ad Trebell.fel. & Dec.in C.*

ſi quando de reſcript. Tamen non deſunt exempla ueterum quæ ad duplum ſe reſtringunt, ut in euictione l. cum fundus ff. de euict. in lege aquilia contra negantem l. contra negantem C. de leg. aquil. inſt. de action. §. ex maleficijs uerſ. ſed & legis, Item contra depoſitarium ex quibuſdam cauſis l. 1. §. prætor ff. depoſit. inſt. de action. §. dupli Item in caſu de quo in l. 1. §. de his ff. de his qui deiece. uel effud. Item uſuræ non excedunt duplum l. ſi non ſortem §. 1. ff. de cond. indeb. l. pen. C. de uſur. & in terminis huius materiæ eſt text. in l. Ticius in fi. col. ſeq. ff. de act. empt. ex qua deciſione ſumptam fuiſſe hanc conſtitutionem exiſtimat Cagnol. hic nu. 27. alia adducit Rebuff. in V. not. ad quem uos reijcio, quia parui eſt momenti.

4 ANTEAQVAM Ad ulteriora progrediamur non nulla de uerb. intereſt tractanda ſunt, In primis autem noſſe oportet unde deſcendat, & quid ſignificet hoc uerbum, iuxta tex. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. Dic itaq; quòd uerb. intereſt illud ſignificat, quod utile mihi eſt, compoſitum ab in, & re, & eſt, quaſi in re eſt, Alciat. hic cap. 4. col. iij. circa med. Eguinbaro in tract. de diuid. & indiuid. lib. iiij. cap. primo fo. 177. Cagnol. in rub. col. iij. nu. 7. Ideo dicimus mea intereſt, quaſi in re mea eſt, in re tua eſt, ideſt in utilitate tua, & ita accipitur apud latinos authores.

5 FACTA Eſt autem ab imperatore Rub, ſeu inſcriptio de eo quod intereſt, nō autem de intereſſe, quia hoc uerbum intereſſe ſubſtantiuum non eſt receptum à latinis auctoribus ſecundum Alciat. in hac l. unic. cap. iij. in princ. ſequitur Cagnol. in rub. nu. 4.

Ferrett.

*Ferrett.hic in princ.*

CONTRARIVM *Probat Ant. ſume. in tract.de eo quod intereſt col.1.nu.1. & Ioan.Coraſ.in Miſcellan.lib.primo cap.xx.& Rebuff.hoc in loco in prima glo.nu.24.Idē probat And. Tiraquel. in tract.de retract.in præfation.nu.34.quorum ſententiam ego ſequor, & puto nos latine poſſe dicere tuum intereſſe, Quemadmodum dicimus, tuum ſcire, tuum uelle,tuum uiuere,iuxta illud. Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter & illud. Tum cum ad caniciem & noſtrum illud uiuere triſte, & illud. Velle ſuum cuiq; eſt,nec uoto uiuitur uno, & apud ueteres iuriſconſultos de hoc uerbo fit mentio in l. debitor decem primo rñſ.ff.de legat.ij. & in l. quod ſæpe §.fin.ff. de contrah. empt. licet recentiores ex utroq; loco uerbum hoc deleuerint, tamen ſuper hoc nõ immoror quia uocabulorũ diſputatio pertinacibus eſt relinquenda,ſecundum glo.in rub. ff. ſolut. mat. Bald.in .C.ex parte col.pen.de appell.* 6

VIDEAMVS *Nunc aliqua de diffinitione intereſſe, omnis enim quæ de aliqua re ſuſcipitur inſtitutio à diffinitione proficiſci debet ut intelligamus quid ſit id de quo agitur,refert glo.in xiiij.regul.Cancell.Io. Neuiz.in ſil.nup.fo.59.col.ij.* 7

*Exorditur Bar.hoc in loco col. vi.uerſ.pro huius Quod intereſſe interdum capitur in genere generaliſsimo,Interdum in genere ſubalterno et Soz.in rub. num.4.ibid.Dec.num.4. & ſequuntur communiter Doct. Primo caſu ſecundum eum cõtinetur omne omnino quod intereſt quacunq; ex cauſa interſit,tam*

quod peti poteſt, quam illud quod peti non poteſt & hoc uerum eſt, & hoc ego appellabo intereſſe ſumptum in genere, nam aliud ſcilicet quod peti poteſt nõ admittam eſſe genus, niſi capiendo genus prout capiunt iuris ciuilis interpretes, ſcilicet pro ſpecie, Redeundo ad propoſitum intereſſe generaliter ſumptum difinitur ſecundum Bart. quod eſt iuſta unius cuiusq; utilitas, Intellige iuſtam ideſt ueram ut hic per Dec. in rub. nu. 8. & per Cagnol. ibid. col. iiij. in princ. ſic etiam uerb. iuſta exponitur pro uera de quo eſt tex. inſt. de libert. in princ. & ibi glo. ita exponit, & hoc uidetur probare tex. noſter ibi damnum quod re uera datum eſt, licet reclamet Rebuff. hic fo. 45. nu. 22. in glo. 1. Et intelligendo iuſtam ideſt ueram, euitatur contrarietas tex. in l. itaq; fullo. ff. de furt. ubi ſi res auferatur furi dicitur eius intereſſe, & ſic ex improbitate ſua intereſt. ergo non eſt iuſta utilitas, Bart. tamen aliter ſoluit illud contrarium & ait quod ibi agitur de improprio intereſſe, ſed uerius eſt quod proprie furis intereſt, & uere intereſt, licet non conſequatur actionem, aliud eſt enim quod non interſit aliud quod non detur actio, nam ſæpe intereſt, & tamen non datur actio, quia non ſubeſt cauſa approbata à lege, & ſic nota quod nonquam cuiquã datur actio niſi ſua interſit, tamen non omnibus datur quorum intereſt, ſed ita demum ſi interſit ex cãua legibus approbata, de qua re eſt exemplnm in d. l. itaq; fullo ff. de furt. & in l. altius ff. de ſeruit. & alibi ſæpe.

10 ADVERTE Etiã quod in hac diffinitione conſideratur utilitas qua caremus, ex eo quod aliquid

*factum eſt, aut factum non eſt l.ſi ita quis ff. de euiction.& In l.ſi ſeruũ uerſ.& amiſiſſe ff.ad l. aquil. alioqui ſi commoditate illa non careremus, non recte diceremus in materia iſta, quod noſtra intereſt, datur enim actio tantum quando utilitas abeſt, non quando ea fruimur, alioqui poſſet dici quod petis intus habes.*

ITEM *Capitur utilitas tam reſpectu damni quam reſpectu lucri d.l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. non quod utile ſit mihi damnum pati, ſed quia utile eſt damnum mihi datum non eſſe, & lucrum mihi non ereptum, Ideo recte ait text.in d.l. ſi ita quis ff. de euict.utile eſſe horum aliquid factum eſſe aut factum non eſſe.* 11

CAPITUR *Etiam hoc in loco utilitas latiſſime pro omni commodo non ſolum pecuniario ſed etiam quod ex affectione conſiſtit ſic enim utile ſibi aliquis exiſtimat uoluntatem explere l.fin. ff. de uſu & habit.l.nõ erit.§.1.ff.de iure iur.glo.ult.in l.pen. ff.de condict.cau.dat.& magni eſtimat quis etiam ſupra pretium iuſtum habere fundum uicinum l. ſi cui fundus ff.de legat.ij. & res maiorum ſuorum l. ſi in emptionẽ ff. de minor. l. libertus qui ſoluendo ff. de bon.libert.& amenitatem loci l. competit ff. quod ui aut clam, & temperiem cœli, & alumnum l.1.§. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud.patro.& aliquid uoluptatis l.fin.ff.de ſer.corrupt. Capitur itaq; hoc loco utilitas late etiam pro utilitate quam ex affectione metimur, licet hæc non ſoleant eſtimari pecunia l.pretia rerum in princ.ff.ad l.aquil.& hoc uerum eſt quando intereſſe capitur latiſſime, & in genere prout nunc fit.* 12

13 RECTE Ergo concluditur ſecundum Bart. & Doct. quod intereſſe eſt uera unius cuiusq; utilitas capiendo utilitatem pro omni cōmoditate et etiam affectione, ſiue peti poßit, ſiue non, ut dixi, Et ita ego reſideo, Maxime quia in hiſce diffinitionibꝰ ſoleo ego potius demonſtrationibus uti, quam ueris, & ad unguem perfectis diffinitionibus, mihi enim ſatis ſuperq; eſt ita rem demonſtrare, ut intelligatur, cum alioqui ſi uelimus dialecticos ſcrupulos ſequi, uix eſt, ut ulla in iure noſtro defendi poßit l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. Ideo Galen. lib. iiij. de differentijs pulſuum, monet ne quis ſe conijciat in diffinitiones, de quibus nec inter ipſos Dialecticos ſatis conuenit, quamuis enim forte eas omnibus numeris abſoluas, uſum tamē longum poſtulant, ne dicam (inquit) nihil opus eſſe ad tradendas diſciplinas diffinitione eſſentiali ut p And. Tiraquel. in tract. de iure primogen. quæſt. pr. nu. 1.

14 IDEO Nec uaro ipſe uir Doctißimus curauit ſuperſtitioſe inducias difinire, nec legibus, rationibusq; omnibus deffinitionum inſeruire, ſed ei ſatis uiſum eſt facere demonſtrationem ut ſcribit Gell. lib. primo noct. attica. cap. xxv. Ita & nos, cum ſatis habeamus, ſi intelligamus quid ſit res de qua agitur, miſſa faciemus genera & differentias, & alia huiuſmodi ſubtilia, quæ alioqui in deffinitione neceſſaria uidentur de quibus Bar. in l. 1. ff. de teſtamentis & Io. Neuct. in ſil. nupt. fol. 38. cum ſequen. & Tiraquel. in traiz. de iure primogen. q. 1. nu. 2.

15 INTERESSE In ſpecie, ſeu in genere ſubalterno ſumptum nihil aliud eſt ex ſententia mea

quam

*quam utilitas pecuniaria ceſſans, ex eo quod aliquid factum eſt, aut factum non eſt, hæc diffinitio conſtat ex genere & differentijs, & cõuertitur, Vtilitas eſt genus, de quo uerbo uidimus paulo ſupra num. 10. & in præfat. nu. 17, Pecuniaria eſt qualitas adiecta ad differentiam affectionis, quæ non recipit æſtimationem pecuniariam l. 1. ff. de in lit. iuran. l. ſi ſeruum in prin. ff. ad l. aquil. l. pretia ff. ad l. falc. & hæc utilitas pecuniaria cõtinet omne commodum tam ex damno quã ex lucro, ex quibus conſtat intereſſe l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. l. ſi ſeruũ uerſ. et amißiſſe ff. ad l. aquil. & hic in tex. noſtro, & de utroq; ponitur exemplũ in l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem ff. de act. empt.*

DIXI Ceſſans *ut intelligamus quod tunc noſtra intereſt, quando caremus commodo ſeu utilitate, ſecus ſi fruimur, ut probat text. in l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. ibi quantũ mihi abeſt, quantumq; lucrari potui,* Dixi *ex eo quod aliquid factũ eſt, per tex in l. ſi ita quis. ff. de euict. ubi hoc eſt expreſſum, hæc eſt diffinitio clara & breuis, quæ omnia complectitur & eſt noua diffinitio, ſup qua nobis relinquo cogitandũ.* 16

ALIAM *Diffinitionem tradit glo. communiter approbata, ſcilicet quod eſt damnum emergens & lucrum ceſſans, ex eo quod aliquid fieri ceſſatur &c. probat* Bar. *col.* v. *uerſ. ad primũ &* Dec. *in rub. nu. 17.* Alex. *conſ. 168. nu. 17. lib. ij. & in conſ. xx. lib.* v. & Bald. *hic col. ij. nu. 9.* Innocen. *in. c. ſacro de ſentẽt. ex cõmu.* Dyn. *in. c. mora de reg. iur. lib. vi.* Bald. *in conſ. 291. lib. primo nu. 6. & conſ. 343. eo. lib. in fi.* Soz. *in rub. nu. 4.* ſalic. *hic col. 1.* Cag. *in rub.* 17

 *nu. 7.*

*nu.7.*Dec.*admittit nu.18.hanc diffinitionem dumodo coniuncta accipiatur pro diſiuncta ut ſit in l. ſæpe ff. de uerb. ſign. nam non ſemper concurrunt damnum & lucrum in interreſſe, ſed plerumq; ex alterutro tantum noſtra intereſt, & ſic non conuertitur, ergo non uidetur bona diffinitio l.1. ubi* Bart.*ff. de teſtam. niſi ſecundum* Dec. *accipiatur coniuncta pro diſiuncta, prout fieri poſſe teſtatur iuriſconſultus in l. coniunctionem ff. de uerb. ſign.*

18 MIHI *Videtur quod eodem morbo laborat ſi accipimus coniunctam pro diſiuncta, quia ſi eueniat quod utrumq; concurrat tam damnum quam lucrum pro ut in d.l. ſi commiſſa ff. rem rat. habe. non uerificabitur diffinitio, Item dum ait ex eo quod fieri ceſſatur, manca eſt & mutila; nam etiam plerumq; intereſt ex eo quod aliquid fit, ita exprimit tex: in l. ſi ita quis in fin. ff. de euict. tamen ſecundum* Bart. *hic col. vi. in princ defendi poteſt intelligendo quod ille qui facit id quod non debet, ceſſat facere id quod debet, quod genus loquendi durum eſt & ego ſoleo in interpraetibus deſiderare perſpicuitatem, alioqui ſi ipſi longiori indigent commento, quam indigeat text. uix eſt ut eos laudem.*

19 TAMEN *Supplendo glo. prout hic facit* Bart. *& faciunt communiter* Doct. *quod intereſſe ſit damnum emergens, & lucrum ceſſans ex eo quod quid fit quod fieri nõ debuit, aut omittitur quod fieri debuit; poteſt defendi etiã relecta ſuppletione* Deciſ.

20 ET. *Tunc dicimus quod hæc eſt diffinitio confecta ex partibus, quæ plerumq; rem efficiunt, qualis*

*eſt illa*

*eſt illa de qua in l.ius autem ciuile ff. de iuſt. & iur. & in.§.conſtat inſt.de iur.nat.gent,& ciuil. & talem fieri poſſe oſtēdit cicero in Topicis ad trebatium, Exemplum in d.l. ius autem ciuile eſt, dum ait lex q̃ ius ciuile eſt illud quod conſtat ex legibus, ſenatus conſultis,plebiſcitis,conſtitutionibus principum,rñſis prudentum,& edictis prætorum,hæc enim omnia ius efficiunt,tanquam partes,tamen ius ciuile non deſinit eſſe, licet in eo non concurrant omnes partes, puta conſtitutio principis ſine plebiſcito erit ius ciuile, ſic ēt intereſſe dicitur licet non ſemp̃ concurat utrumq; tam damnum emergens quam lucrum ceſſans.*

ALIA *Ratione non poteſt ſuſtineri hæc diffinitio,quicquid dicant Doct.qui communiter illam approbant,& præcipue Cagnol.hic in rub.nu.10.qui ait quod hæc diffinitio eſt uera, ſi inſpicimus quidditatem & eſſentiam intereſſe, ſed ego dico quod non poteſt ſuſtineri niſi eo modo quo dixi.* 21

ITEM *Poteſt etiam defendi diffinitio et melius ſi apponatur uerb. aut,loco copulæ,& reſoluatur in ſubdiſiunctam,cuius natura hæc eſt,quod ex propoſitis finibus,ſeu terminis,ita non poteſt neutrũ eſſe,ut poſſit eſſe utrũq; l.hæc uerba ille ff.de uerb. ſignif.ubi ſubijcit exemplum huiuſmodi, omne animal aut agit,aut patitur,& ait fieri poſſe quod in aliquo animali utrumq; uerificetur ſcilicet & quod agat & quod patiatur Item nullũ eſt animal in quo ſaltem alterutrum non uerificetur,nullum eſt enim animal q̃ non agat aut non patiatur,Ita in propoſito uerificabitur diffinitio intereſſe per ſubdiſiunctiuam, ut nullum ſit* 22

lum ſit intereſſe, quod ex alterutro nõ conſtet, ideſt, aut ex damno, aut ex lucro, poteſt tamen utrumq; concurrere in eodem intereſſe.

23 ET. Hoc probat Ant. fume. in tract. de eo quod intereſt cap. primo nu. 7. hanc eandem diffinitionem uidetur probare Eguin. baro in tract. de diuid. & in diuid. lib. iiij. cap. iij. fol. 189. hanc diffinitionem mihi explicat tex. in l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. dum ait quod ſi commiſſa eſt ſtipul. rem ratam dominum habiturum, in tantum competit, in quantum mea interfuit, ſubijcit tex. exponendo uerb. interfuit, ideſt quantum mihi abeſt, quantumq; lucrari potui, & in l. ſi ſeruũ ff. ad l. aquil. dum ait quod in lege aquilia damnũ conſequimur, & amiſiſſe intelligimur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur, iũcto tex. in l. ſi ita quis ff. de euict. ibi continet quod intereſt horum quid eſſe aut non eſſe, continet ergo lucrum & damnum proueniens ex eo quod quid factum eſt, aut non eſt, iuribus ſupra allegatis.

24 MVLTÆ Aliæ traduntur diffinitiones, nemo eſt enim qui ſuam non afferat, ſed quia omnes conueniunt in effectu, non immorabor, maxime quia quæ breues ſunt, uix niſi cum magna ſuppletione rem explicant, quæ uero longiſſime ſunt, mihi non placent quia in diffinitionibus breui ſermone uti oportet, & mihi ſufficit quod intelligatis quid ſit id de quo agitur alioqui ſi uelimus ſequi ambages Dialecticorum, rem ex obſcura faceremus obſcuriorem, & ni fallor futurum erit ut nonquam intelligatis quid ſit id quod intereſt, niſi pri⁹ cognita tota eius materia, Tenẽda eſt

*igitur difinitio glo. declarata ut ſupra quam cõiter ſequũtur* Doct. *uel clarius tenenda eſt definitio p me tradita, quæ ni fallor ex omni parte abſoluta eſt.*

QVÆRERE Etiam *oportet cur hæc rub. concepta eſt ſingulariter, de eo quod intereſt, nõ autem, de his quæ interſunt, nec de intereßibus.* Dic *quod uerbum intereſt ſemper profertur ſingulari numero, nonquam profertur plurali numero,* Ideo *ſingulariter concepta eſt rub. quod ſingulari numero ſemper proferatur, paßim in iure noſtro patent exempla ut in l. 1. ff. de act. empt. l. labeo. in uerb. quod intereſt ff. de cõtrab. empt. l. domum ibi emptori quod intereſt reſtituere ff. eo. l. qui officij ibi quod interfuit eius ne deciperetur eo. tit. l. emptorem. §. ſed* Iulianus *ibi nõ teneri quod emptoris intereſt ff. de act. empt. l.* Iulianus *in princ. ibi quod interfuit* Idoneæ *ueniſſe ff. de action. empt. nuſquam autem auditum, & nuſquam relatum eſt, plurali numero conceptum aut prolatum fuiſſe,* Ideo *recte concepta eſt rub. noſtra de eo quod intereſt, non autem de intereßibus, nec de his quæ interſunt, hæ enim ſunt barbare locutiones à nemine unquam etiam imperitißimo uſurpatæ, nihil re aut uerbo ſignificantes.* 25

EX Quo *facile intelligimus intereſſe unicũ eſſe non multiplex, cum alioqui cætera genera etiam plurali numero proferri ſoleant, ſic dicimus animalia, poſſeßiones, actiones, & alia huiuſmodi, ut intelligamus plures eſſe ſpecies animalium, & poſſeßionum, & obligationum, & contractuum, & maleficiorum exemplum eſt in. §. actionum inſt. de action. & in l.* 26

iij. §.

iij. §.pen.ff.de acqui.poſſeſſ.& in l.1. §.in tutella ff. de tutell.& rat,diſtrah.l.non eſt nouum in princ.ff. de act.empt.& alibi ſæpe,nonquã autem dicimus mul ta quæ interſunt,nec plura intereſſe, ſed ſemper,qui buſcunq; ex cauſis interſit,etiam ſi lucrum & damnum concurrant,unico uocabulo id quod intereſt ſingulari numero appellamus,& omne omnino quod intereſt complectimur, l.ſi commiſſa ff. rem rat.hab.l. iij.in fin.ff.de eo quod cert.loc.

27 EX Quo facile dignoſcere poſſumus unicum & ſimplex eſſe intereſſe, quod uarijs ex cauſis interdum longius procurrit, Interdum anguſtius concluditur,Ideoq; augeri & diminui dicitur l. ex mille §. 1.in uerb.augetur quantitas ff.de euict. & in l.ſi cum uenditor §.fin.in uerb.diminuat uel excedat ff. eo.& ibi hoc not.glo.fin.in l.ſi ſterilis §.cum peruenditorem in uerb. creſcat l. idq; Iulianum in princ. in uerb.minuitur ff.de act.empt.Item dicitur aliquando pluris aliquando minoris intereſſe & in l.1.in princ. in uerb.pluris interſit ff.eo.tit. & l. quod ſi nolit.§. ſi quis egerit ff.de edil.edict.in uerb. quanto minoris & in l.q; dicitur in uerb.quanti minoris ff. de euict. et in l.ſed ſi quid in fi.in uerb.quãto minoris eo.tit.l. euicta la ſecunda,ibi,ſi minoris eſſe ceperit ff.eo.tit.

28 ET Sic conſideratur id quod intereſt non tanquam genus,ſed tanquam totum quod augeri & diminui poteſt & tamen ſemper idem remanet,prout Ticius infans adoleſcit & creſcit, Tamen eſt ſemper idem Ticius & idem corpus ut in l.proponebatur ff. de iudic. quia augmentum non mutat ſubſtantiam

neq; for

*neq; formam, ſed res aucta eſt ſemper eadem etiam poſt augumentum, alioqui ſi in nouam ſpetiem mutaretur, non eſſet proprie augumentum ut tradit* Brun. *in tract. de augum. in prima cõcluſione princip. col. 1.*

ET Hanc *ſententiam ego tenebo, et late defendam inf. ſcilicet quod ſit unicum intereſſe, quaſi unum corpus, ſeu totum, quod ex multis partibus conflatur, & interdum pluris eſt, interdum minoris, & in hoc inſiſtam, quia ſuper hoc cardine tota hæc materia uerſatur, licet multis parui momenti uideatur hæc diſputatio, ut poſtea demonſtrabitur, mihi autem magni momenti uidetur, quod etiam uiſum eſt* Cagnoll. *in rub. nu. 13. licet ipſe ſequatur communem ſententiam, ſuper hoc uide quæ dixi ſupra in præfation. num. 16. & nu. 38, & inf. in uerſ. hoc quod intereſt nu. 11. 14. 15.* 29

TOTA V*is conſtitutionis noſtræ de materia de qua agitur in eo conſiſtit, utrum quicquid omnino intereſt non poßit excedere duplum, an uero reſtringi debeat cõſtitutio ad id q; ſingulariter intereſt* Doct. *egreferentes ſublatam eſſe occaſionem litium,* I*ta in anguſtum concluſerunt uim huius legis, ut nihil omnino proficiat, & perinde ſit ac ſi lata non fuiſſet, nam eorum ſenſu probato huic conſtitutioni ſecundum ſententiam meam nonquam locus eſt, ſecundũ ipſos, raro, exiſtimant enim reſtringendam eſſe hanc legem ad illud quod ſingulariter intereſt, quod ex affectione, & ex ſingulari utilitate eſtimari ſolet, & quod de ſingulari utilitate loquatur noſtra conſtitutio probat* Bart. *col. iij. & col. ix.* I*dem probat* Soz. 30

*& com-*

*& communiter Doct.ut tradit Curt.col.xij.& col. ſeq.refert Dec.in glo.quantitatem & in glo. naturam, & in glo.dupli,clarius explicat Cagnol.& communem atteſtatur nu.58.col.xij.& col.xvij.nu.76. & col.xxi.num.93. & ita reſtringendam eſſe hanc legem ſcribit Idem Cagnol.nu. 67.col.xv. & communem etiam atteſtatur Rebuff.in glo. dupli fo.85. nu.14.& Idem Cagnoll.nu.96.col.xxij.*

31 ET *Hoc preſupponunt omnes dum exiſtimant quod pretium commune, & ſic pretium quanti plurimi totum debetur, etiam ſi excedat duplum pretij conuenti, quod probãt communiter Doct. tam hic quam in l.uinum ff.ſi cert. petat. Exemplum uinum uenditum eſt pretio aureorum decem, poſt moram ante traditionem creuit ad ſummam aureorum xxx.poſtea decreuit, tenent communiter Doct.quod tota xxx.erũt præſtanda, & ſic hoc caſu duplum pretij exceditur ſecundum Doct. & hoc generale eſt in communi intereſſe ſecundum communem ſententiam Doct.ut totum præſtetur & communem atteſtatur Rebuff. fo. 75.nu.13.in glo. dupli de qua re inf. uidebimus, nam apud me non caret ſcrupulo hæc communis deciſio.*

32 CONTRARIVM *Et melius quod immo hæc conſtitutio procedat in eo quod cõiter intereſt, Ita quod duplum non excedat illud quod communiter intereſt, tenuit Curt. col. xvi. & ſeq.eandem ſententiam ubiq; ſequitur Dec. hic in glo. quantitatem & in glo.naturam & in glo. dupli & quia in hoc conſiſtit cardo rei, aliquanto latius inſiſtam hic enim omnes nerui ſunt intendendi.*

*In primis*

IN Primis ſcitote quod licet conſiderari poſ 33
ſit aliquo caſu ſingularis utilitas, & ſic ſingulare in
tereſſe, tamen de huiuſmodi utilitate ſingulari nulla
in iure noſtro habetur ratio, hoc exprimit tex. in l.
pretia rerum ff. ad l. falc. & in d. l. ſi ſeruum ff. ad l.
aquil. ubi expreſſe dicitur quod pretia rerum non ex
affectione nec ex utilitate ſingulorũ, ſed communiter
funguntur, uult ergo dicere quod licet ſingulariter
interſit alicuius, tamen illa ſingularis utilitas non ue
nit in eſtimationem, & propterea non poſſumus di=
cere quod tex. noſter loquatur de ſingulari intereſſe
quod nõ eſt in conſideratione apud legislatorem d. l.
ſi ſeruum, nec ſufficit reſponſio hic data per Cagnol.
nu. 62. dum ait quod ille tex. loquitur de eo quod inte
reſt ex affectione, quæ quidem ſecundum omnes non
uenit in eſtimationem, nam uerius eſt quod loquitur
etiã de utilitate ſingulari, & hoc exprimunt illi tex.
nec poſſunt cauillari, & hoc mihi ſufficit ad uictoriã.

HABEMVS Enim claram legis deciſio= 34
nem, Ideo illi herẽdum eſt, quia indubitabilis eſt caſus
à lege expreſſus l. ancille ubi glo. & ſalic. C. de furt.
& ubi uerba ſunt clara, non eſt locus quæſtioni uo=
luntatis l. ille aut ille §. cum in uerbis ff. de legat. iij.
quia nulla eſt ratio, nullumq; argumentum & nulla
coniectura quæ poßit conuellere ſeu tollere tex. ex=
preſſos ut inquit glo. in c. 1. in tit. de feud. cogn. et eſt
tex. in l. proſpexit ff. qui & à quib. tradit And. Tira
quel. in tract. de iure primogẽ. q. 40. fo. 372. nu. 177.
& q. 85. fo. 420. nu. 15.

QVAMOBREM Cum lex expreſſe 35
dicat

*dicat quod ſingularis utilitas non eſtimatur d.l. pretia, & d.l. ſi ſeruum, iam apparet quod de ſingulari intereſſe non eſt habenda ratio, apparet etiam quod hæc ſingularis utilitas non eſt illa cuius eſtimatio in infinitum apud antiquos fuerat producta, cum de ea nulla omnio ratio haberetur, Igitur nemo ſani iudicij dixerit hanc cõſtitutionẽ loqui de utilitate ſingulari, Melius eſt igitur ut dicamus quod hæc conſtitutio loquatur de toto eo quod intereſt, & ſic omne id quod intereſt quacunq; ex cauſa debeatur, et quantũcunq; ſit, duplum non excedit.*

36 ACCEDAT *Quod conſtitutio huiuſmodi loquitur generaliter & indiſtincte, de eo quod intereſt, nec diſtinguit ſpeciem unam ab altera, nec etiam inuenitur ulla alia lex quæ diſtinctonem faciat, Ideo nec ego diſtinguã l. de pretio ff. de publici nec reſtringam generale uerbum nec generalem deciſionem l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſtan. quicquid ergo intereſt, & qualiter cunq; intereſt, duplum non excedit.*

37 QVAMQVAM *Autem de omni eo q̃ intereſt hic agatur ut concluſum eſt contra communẽ ſententiam Doct. tamen ita fit eſtimatio, ut ſingularis utilitas excludatur, & ſingularis eſtimatio non fiat, ſed communiter eſtimetur, per tex. in d.l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ut latius explicui ſup̃. in præfation. nu. 44. & nu. 46. quicquid dicant Doct. qui obſtinatiſſime defendunt hanc conſtitutionem locum tantum ſibi uendicare in ſingulari intereſſe, ſed male.*

38 NON *omitto etiam quod ſi admittimus legem hanc*

*hanc de ſingulari utilitate tantum tractare tñ pauci admodum ſunt caſus etiam ſecundum communem ſententiam* Doct. *in quibus ſingularis utilitatis ratio habetur, & fatetur* Cagnoll. *hic* col. xv. nu. 68. *enumerat* Dec. col. xij. nu. 84. & Rebuff. fo. 54. *in glo.* 1. nu. 87. *cum ſeq.* Ex *quo ſequitur quod cum* Iuſtinian. *tollere dubitationes omnes, prout ſibi poßibile fuit, & prolixitates ueterum ſuper eo quod intereſt, inſtituerit, tamen paucas admodum & raro in praxi contingentes ſuſtulerit cum tamẽ uerisimilius ſit legem ad ea quæ frequentius accidunt adaptare uoluiſſe, iuxta tex. in l. nam ad ea ff. de legib.*

AMPLIVS Dico *quod ego quandiu uixi, nullum unquam iudicium inſtitutum uidi, in quo iudex rationem habuerit de utilitate ſingulari,* Queſo *per* Deos *immortales quis non rideat eum, qui libri amißi, in quo euoluendo longum tempus longasq; uigilias conſumpſerit, utilitatem memoriæ artificioſe petat, & magni id eſtimet? quis item non rideat illum qui ob habitationem domus propinque ludo literario denegatã, ex conſilio magni aduocati intereſſe commoditatis eundi ad ludum hunc, quà filius impubes priuabatur, petebat?* Ego *non quantum ipſi carus eſt liber, nec quanto ab alio ipſe redẽpturus ſit, ſed quantũ omnibus ualet, tantum utilitatis nomine preſtandũ eſſe exiſtimo, tantamq; ſummã, non amplius, à iudice taxandam eſſe, de commoditate autem ludi literarij nullam rationem habendam, puto,* Quis *item non rideat claudum qui elemoſinas hoſtiatim queritabat uectus equo retrogrado, & ad quodlibet hoſtium quie-*

ſcente nec inde recedente niſi elemoſina accepta, de quo exemplo meminit Rebuff.in glo.dupli.fo.98.nu. 79.profecto ſi is maioris eſtimet hunc equum, quam inſignem equum nemo bonus iudex eum audiet, ſed irriſum dimittet communi pretio adiudicato.

40 IN Gallia quoq; nullam huiuſmodi ſingularis utilitatis rationem haberi ſcribit Rebuff. in glo.ſubtilitatem fo.114.nu.74.Idem etiam refert fol.108. nu.37. Quo fit ut admiſſo ſenſu communi iam ſit ſuperuacua hæc conſtitutio, quod tamen nullo modo mihi perſuaderi poteſt, Ideo uerius puto hanc conſtitutionem loqui de omni eo quod intereſt, ut quacunq; ex cauſa interſit, & quantuncunq; interſit, in condemnatione tamen de eo non habeatur ratio ſupra duplum, & ita intelligenda eſt hæc conſtitutio, generaliter concepta, quicquid dicant Bart. & ſequaces, qui communiter tenent contrarium, & reſtringunt hanc legem ad id quod ſingulariter intereſt.

42 QVOD Ab ipſis ea ratione factum eſt ut obtemperaretur iniuſto mercatorum deſiderio, & in fraudem uſurarum hæc excogitata fuerūt, dum enim uolunt uideri pij chriſtiani, in eam omnes iuerunt ſententiamrut iure ciuili uſuras eſſe ſublatas arbitrarentur, Doct.in l.1.C.de ſum.trinit. & fid. cathol.ꝑ illum text.qui id nullo nō probat, ſi recte inſpiciatur, Deinde ſublatis uſuris, ut legmū modum uſurarum excedere liceret, & in eo quod intereſt res ad antiquam prolixitatem reuerteretur, Conſtitutionem hanc ad ſingularē utilitatem reſtrinxerunt. Ex quo euenit quod hodie contra regulas iuris communis, &

*contra tex. expreſſos de ſingulari utilitate rationem haberi oporteat, & quidem uſq; ad duplum.*

EX Hoc poſtea *ſubſequitur impia et in extricabilis concluſio, quod omne quod intereſt in infinitum debet præſtari & ſic infelix* Iuſtinianus *hac ſua conſtitutione nihil profecit, hoc enim appellant* Doct. *commune intereſſe, ſeu communem utilitatem, & totam deberi contendunt* Bart. col. iij. et ix. Soz. *hic &* Curt. col. xvij. Dec. *in glo. quantitatem* Cagnol. *hic nu. 58. quæ ſententia communiter recepta infinita hominum millia uniuerſi patrimonij naufragium facere coegit, ac familias nobiliſsimas propemodum infinitas peſſum dedit, dum quodam pio uelamēto iniquum eſſe clamant quod debitor qui moram facit cum aliena iactura locupletetur, contra l. nam hoc natura ff. de con dict. indeb. Cum tamen infelix debitor plerumq; ob inopiam ſolutionem differat, & nihil minus quam lucrum ex mora conſequatur, ſequitur etiam alia concluſio communiter recepta quod ex conuentione id quod intereſt in infinitum taxari poteſt, & in obligationem deduci, etiam ſi centuplo excedat pretium rei in contractum deductæ ut hic per* Bart, *& alios.* 42

QVIDAM Etiam *auſi ſunt defendere quod deciſio de qua in l.* Iulianus *in princ. ff. de act. empt. correcta eſt quatenus loquitur de ignorante,* Idem *dicunt de tex. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. eo. dum loquitur de pecoribus contagione mortuis ob pecus morboſum ab ignorante uenditum, nam etiam damnum ſarciendum eſſe exiſtimant ut hic per* Cagnol. *& quod intereſſe alterius intereſſe peti po-* 43

*teſt ut hic per Cagnol.nu.46.de quibus inf. loco ſuo tractabimus, nam hæ ſunt impiæ deciſiones, quæ mihi nullo modo placent.*

*Nunc ad inſtitutum reuertendo, queſo quid moræ facit? Quid lucrum acquirit is qui ignorans uas uitioſum uendidit? Qui tamen ob uinum effuſum aut oleum coorruptum tenetur l. tenet §. ſed ſi uas ff. de act. empt.*

44 IDEM *Dico in alijs caſibus in quibus quis citra moram tenetur ad id quod intereſt, qui ſunt multi, ut uiſum eſt ſupra in præfat. nu. 47. Exemplũ in l. Ticius in fin. cum l. ſeq. ff. eod. Idem dico in caſibus in quibus debitor etiam mora facta nihil lucrifacit, qui caſus ſunt infiniti, ut docet experientia, non ne hic uterq; tractat de damno?*

45 IMMO *Multoties creditor de lucro captando, Debitor de damno uitando tractat, non ne his caſibus equũ eſt duplũ nõ excedi? maxime cum fuerit in poteſtate creditoris in iudicio petere quod ſibi debetur, & tunc omnis cauſa uenit in condemnationem l. ediles §. item ſciendum ff. de edil. edict. l. ij. ff. de uſur. l. praterea ff. de rei uendic. Quod & ſuadetur ex eo quia pro pretio pecunia ue debita, uſuræ ultra duplum hoc iure peti non poſſunt l. ſi non ſortem §. 1. ff. de cond. indeb. etiam ſi pluris interſit l. fin. ff. de peric. & commod. rei uendit. Ideo equum eſt etiam ad ſeruandam equalitatem, ut ex aduerſo, qui rem tradere tenetur facta mora non ultra duplum conueniatur, tamen Doct. communiter tenent contrarium, ſuper quibus non immoror, quia de his paulo infra loco ſuo di-*

*ſuo difuſius tractabitur.*

*Quemadmodum autem defendimus quod hæc conſtitutio non de ſolo eo quod ſingulariter intereſt loquitur, ſed de eo quod communiter intereſt, & ſic de communi intereſſe, ac deniq; de omni eo quod intereſt, ut quicquid ſit, & quantuncunq; ſit, dupli ſummam in condemnatione non poßit excedere, iuxta tenorem huius conſtitutionis, licet* Doct. *frequentius probent contrariam ſententiam,* Ita *etiam defendere oportet quod loquatur hæc conſtitutio tam de eo intereſſe quod extra rem uertitur, quam de eo quod circa rem conſiſtit, & ſit cõcluſio quod quicquid noſtra intereſt etiam extra rem non excedit duplum in condemnatione, etiam ſi re uera pluris interſit ita tenet hic* Accur. *quem ſequuntur communiter* Doct. *licet* Mart. & Bulg. *contra qui de eo tm̃ q. circa rem uertitur tractari autumant,* Quorum *ſententiam ſequitur ſalic.hic col.viij.in xvij.oppo. & probat* Bald. *in l.1.§.conſiderandum ff.de tutell. & rat.diſtrab.* 46

Pro communi *quod de utroq; agatur facit text. noſter qui ſimpliciter loquitur de eo qđ intereſt, nec diſtinguit unam ſpeciem ab altera, ergo nec ego diſtinguam l.de pretio ff.de publician. nec reſtringam generalem deciſionem l.1.§. & generaliter ff. de legat. præſtan. maxime cum nulla alia lex reſtringat, aut coherceat, ſeu limitet huiuſmodi conſtitutionem, & ſic in claris ſequar deciſionem expreſſam l.ille aut ille §. cum in uerbis ff. de legat. iij. etiam ſi lex ſit dura l. proſpexit ff.qui & à quib.*

ACCEDAT Quod Iuſtinianus *ait ſe uelle* 47

*hac conſtitutione tollere antiquas prolixitates, & dubitationes ueterum, ſed ſi admittimus hic non agi de intereſſe quod extrinſecus prouenit, iam conſtat non eſſe ſublatas dubitationes, nec prolixitates ueterũ.*

*Præterea ſi admittimus quod intereſſe quod circa rem conſiſtit hac conſtitutione concluditur, & ad certam ſummam ideſt ad duplum reſtringitur, nemini dubium eſſe debet, quin idem multomagis obſeruari debeat in ea utilitate ſeu intereſſe, quod extrinſecus uenit, cum ſecundum* Doct. *magis & frequentius debeatur id quod circa rem conſiſtit, quam quod extrinſecus intereſt. idq; etiam fauorabilius ſit, quamobrem cohercito ſeu reſtricto eo quod fauorabilius eſt, conſequens eſt ut fateamur multo magis reſtrictum eſſe illud quod extra rem debetur arg. auth. multo magis* C. *de ſacroſ eccle. ꝓbat* Rebuff. *hic fo. 98. nu. 79. & hanc ſententiam amplector, quæ ſententia maxime uera eſt, ſi admittimus quod ſimplex ſit & unicum id quod intereſt.*

*Quid ſit autem intereſſe circa rem & extra rem uide ſupra in præfat. nu. 15. & latius inf. in uerſ. hoc quod intereſt nu. 43. cum mult. ſeq. ubi etiam tractatur an id quod circa rem conſiſtit præſtari debeat, de eo uero quod extra rem uerſatur uide in uerſ. fin. num. 38.*

48 *Videamus nunc quid ſignificet hoc uerb. intereſt,* Dic *quod ſignificat omnem utilitatem ideſt damnum quod patior, et lucrum quod amitto, ex eo quod aliquid factum eſt, aut factum non eſt l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. ubi id ꝙ intereſt exponit ideſt quantum mihi*

*tum mihi abeſt, quantum lucrari potui, & in l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ubi amiſiſſe dicimur quod conſequi potuimus aut erogare cogimur*, Ideo *noſtrates* Doct. *appellant damnum emergens & lucrum ceſſãs ſecundum glo. hic &* Bart. *&* Dec. *&* Cagnol. *& alios, & corn. in conſ. xlvi. col. ult. uol. iiij. &* Alex. *in conſ. clxviij. col. ij. uol. ij.* Rebuff. *in præfation. fo. 6. num. 47.*

Itaq; *res ipſa principaliter debita non continetur appellatione eius quod intereſt, ſecundũ* Bart. *hic in prima queſt.* Dec. *in rub. prima lect. col. fin. nu. 12. & in ſecunda lect. col. v. num. 36. &* Cagnol. *in rub. col. fin. num. 23.* 49

Ex *quo inferunt ad id quod determinat* Alex. *in conſ. xx. lib. v. & in conſ. clxviij. lib. ij. ubi ait quod is qui promiſit non petere intereſſe, poteſt tamen rem ipſam principaliter debitam petere, quia aliud eſt res aliud id quod intereſt, ſequitur* Rebuff. *fo. 6. nu. 48.*

NISI Ex *ſubiecta materia, aut ex præſumpta uoluntate aliud ſtatuere oporteat, prout conſultus rñdit* And. *ſic in conſ. xlij. col. 24. lib. primo & probat* Dec. *in rub. col. v. nu. 37. &* Cagnol. *in rub. in fin. et* Rebuff. *in præfationib. fo. 7. nu. 49. & 50.* Et *in dubio cũ à lege fit mentio de eo q̃ intereſt, intelligim⁹ de pecuniario intereſſe l. ſi liber. ff. ad exhib.* Rebuff. *in p̃fation. fo. 8. nu. 65. et cõſiſtit in pecunia l. ſi qs ab ĩ fi. ff. de re iudic.* Tiraq̃l. *ĩ tract. de retract. fo. 656. nu. 1. l. 1. § ſed ſi rẽ ff. ſi q̃d in fraud. patrõ.* 50

FRVCTVS Quoq; *cõprehenduntur appellatione eius q̃d intereſt ut ſentit* Bart. *hoc in loco* 51

*col.viij. dum tractat de intrinſeco intereſſe, uidetur probare tex.in l.uenditor ff.de euict. & in l.qui reſtituere ff.de rei uendic.quod uerum eſt large loquendo ſecus proprie,ut ait ferrett.hic fo.109.nu.28.per tex.in l. præterea ff.de rei uendic. & in l. equis ff. de uſur.fatetur Dec.in rub.col.v. nu.38. in ſecunda lect.Rebuff. in præfation.fo.7.nu.51. per tex. in l. loci corpus .§. in confeſſoria & ibi Bald.& florian. ff.ſi ſeruit.uend.Bald.in l.ſi quid in uerſ. & not.quod glo.C.de ſeruit.& Bald.in l.ſi filiusfam.§.cũ fundũ ff.de uerb.oblig.Dec.in l. cum fundus ff ſi cert. pet.*

*Hac ratione ſuſtinetur libellus in quo petitur res cum intereſſe,nam etiam fructus cõtinentur, ut not. Ang.in d.l.loci corpus,& Dec.in rub.col.V. nu.38.*

52 ITEM *Impenſæ non ueniunt appellatione eius quod intereſt cle.1. & ibi Imol. col.1.de reſcript. Rebuff.in præfat.fo.7.nu.61.*

*Ideo cauti iudices ad tollẽdas dubitationes in condemnatione adijciunt clauſulam, in expenſis damnis & intereſſe.*

*Item iniuria non cõtinetur appellatione eius quod intereſt,Ideo remittens iniuriam non uidetur remittere id quod intereſt, nec damna,glo. in c. ſi canonici in uerb.damnis de off.ordin.lib.vi. Bal.in l.ſi pro fure ff.de condict.furt.Ang.in.§.fin.inſt.de iniur.abb. in c.1.de iniur.Rebuff.in præfation.fo.8.nu.63.*

53 *Videamus nunc an differant inter ſe an uero conueniant hæ clauſule quanti intereſt, & quanti res eſt,nam Doct.in horum ſignificatione decipiuntur & labuntur in errores magnos,de quibus poſtea uidebimus*

mus, Dic itaq; quod aliud eſt quod quis teneatur ad id quod intereſt, aliud eſt quod teneatur ad id quanti ea res eſt, hæ enim clauſulæ habēt ſe tanquam excedentia, & exceſſa, nam ſæpe euenit quod illud quod intereſt, excedit illud quanti ea res eſt, ſæpe etiam euenit contrarium, poteſt enim intereſſe minus quam ſit res ipſa, exemplum in l. ij. ff. de eo quod cert. loc. ubi ait quod ſi rei intereſt minoris ſit pecuniæ condemnatio, quam intentatum eſt l. Iulianus in princ. ibi quanto minoris ff. de act. empt. & in l. ſi uendidero primo rn̄s ibi ſola utilitas eſtimationem facit ff. de furt. non enim ſemper tanti intereſt, quantum ualet res, ut ſupra in l. idemq; ff. de act. empt ibi minuitur præſtatio, ſi ſeruus deterior apud emptorem factus ſit.

SIC Etiam quando quis mulctatur, poteſt fie 54
ri quod minoris interſit, quam ſit mulctæ quantitas, & tunc inſpicitur quanti ea res eſt, ideſt quantitas mulctæ, non autem quantitas eius quod interſit, & ſic licet parui interſit, tamen magna mulcta inflicta habebit locum, ita procedit tex. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis iuſdi. nō obtemp. qui tex. male torquet Doct. ſic & è contra plerumq; pluris intereſt quam quanti res eſt, ideſt quā ſit eſtimatio rei ipſius, de qua agitur hoc exprimit text. in l. Iulianus in fin. ff. ad exhiben. ubi ait quod utilitas uenit in eſtimationem, nō quanti ea res eſt, ſed quāti eius interſit, ſubijcit deinde quod hæc utilitas interdum maioris erit quam res, & ſic modo excedit modo exceditur, Interdum etiam idem ſignificat ut in l. fin. ff. de præt. ſtipu. & in l. iiij. §. in

*eum ff.de dam.infect.* Alciat.*in l.inter hæc uerba ff. de uerb.ſeg.*Eguin.*baro in tract.de diuid.& indiuid. lib.iiij.fo.*178.*cap.iij.*Ita *accipitur in l.ij.§.fi.ff. qui ſatiſd.cogant.iuncta l.fin.ff. ſi quis in ius uocat. non ier.& hoc caſu qñdo accipitur pro eo quod intereſt accipitur pro eſtimatione rei oĩs q̃ uenit in intereſſe, & tunc nonquam maioris intereſt quam ſit res,* Ita *accipi debet in d.l.hec uerba ff.de uerb.ſign.licet* Al*ciat.aliter intelligat,*Ita *procedit text.in l.ſi uendidero.§.1.ff.de furt.iuncta l.inficiando.§. infans eo. tit.& in l.in furti in prin.eo.tit.& ibi glo.in uerb. intereſt, & in l. qui tabulas uerſ. & generaliter & in l. quidam tabularum primo rñs. ff. de furt. licet alĩs poßit, euenire quod minoris interſit quam ſit res ut in l. ſi uendidero.§. cum autem ff. de furt.ubi ſi uenditori res ſit furto ſubtracta etiã ſine culpa ſua,eſtimatur tota res,licet tãti ſua nõ interſit*

55 ET Quod *omne quod intereſt eſtimetur probat tex.in l.ſi is qui uxori.§.pen.ff.de furt. ubi here ditas ſerui inſtituti eſtimatur, & in l. in ficiando §. 1.ff.eo.ubi pœna in curſa ob furtum eſtimatur & in §.infans ead.l. ubi quanti plurimi unquam fuit duplatur,& in l.qui tabulas ff. de furt. ubi non ſolum pretium* Chirografi *ſed etiam ſumma in eo contenta uenit in condemnationem & in l.quidam in princ.eo. tit.ubi idem diſponitur.*

56 ET Quod *hæc clauſula quanti ea res eſt interdum ſit latior quam clauſula quanti intereſt,patet ex eo quod rei appellatio latißima eſt, & cauſas,& iura continet l.rei appellatione la ſecũda ff.de uerb. ſign.*

ſign. & etiam ea quæ extra computationem patrimonij noſtri ſunt l. rei la prima ff. de uerb.ſign. & ibi explicat Alciat.

CAVSÆ Autem appellatio lata eſt ut in 57
l.reſtituere ff de rei uendicat. & appellatione cauſæ continetur omnis utilitas, et continentur omnia quæ quis habiturus foret, ſi rem habuiſſet debito tempore, ut ſunt hereditates, & legata, & partus ancillæ, l.reſtituere ff.de uerb.ſign.in uerb. uſu capionis cauſam & fructuum & in l. cum fundus in princ. ff. ſi cert.pet.& in l.ij.ff. de uſur. & in l. pen. ff. de rei uendic. & glo.in l. ſi quis ita libertatem §. ſeruus cõmunis ff.de ſtat.lib.

CVM Itaq; generale ſit uerbum cauſa, & 58
appellatione rei cõtineatur d.l.rei appellatione la ſecunda ff.de uerb.ſign. conſequens eſt ut clauſula hæc quanti ea res eſt latam habeat ſignificationem, & ad ea etiam quæ ſunt extra computationem patrimonij pertineat l.rei la prima ff.de uerb.ſign. adeo ut etiã pœnam contineat l.nouiſsima ff.iudi.ſol. Alciat. in l. inter hæc ff.de uerb.ſign. & mulctam l.unic.in fin.ſi quis iuſdi.non obtempe. quem tex. Ego ita intelligo, licet Doct.ibi aliter intelligant, & male.

QVORVM Errorẽ ſecutus eſt Alciat. 59
præceptor in d.l.inter hæc uerba, & ſic clauſula huiuſmodi latius patet, quam clauſula quanti intereſt, quæ ad damnum & lucrum pertinet, & ſic ad patrimonium reſtringitur.

Interdum tamen ſtrictius patet quando uerb. 60
res ſpecialiter accipitur pro certa re ut in l.Iulianus

§.fin.

*ſin.ff.ad exhib.ibi utilitatem actoris uenire in eſtimationem, non quanti ea res ſit,quæ utilitas interdum maioris erit quam res, ibi enim accipitur res ſcilicet quæ petitur, ut ibi ait glo.ſin. & ſic pro re certa & ſpeciali, & corpore certo.*

61 *Interdum etiam capitur pro eo quod intereſt & ſic uerb.res generale eſt, & late patet, ita accipitur in l.ſin.ff.de prætor.ſtipu. & in l.iiij.§.in eum ff.de dam. infect.* Alciat. *in l. inter hæc uerba ff. de uerb.ſig.* Eguin. *baro in tract. de diuid. & indiuid. lib.iiij.fo.178.ita accipitur in l.ij.§.ſin.ff.qui ſatiſd. cogant. iuncta l.ſin.ff. ſi quis in ius uoc. non ier. & hoc caſu quando accipitur pro eo quod intereſt, euenire poteſt quod res maioris ſit momenti, & minoris interſit,nonquam maioris intereſt quam ſit res.*

62 ITA *Accipi debet in.d.l. hæc uerba ff.de uerb.ſign. licet* Alciat. *aliter intelligat. ita procedit tex.in l.ſi uendidero.§.1.ff.de furt. iuncta l.in ficiando.§.infans eo.tit. & l.in furti iu princ. ff. eo. tit. & ibi glo.in uerb.intereſt, & l.qui tabulas uerſ. & generaliter eo. tit.*

Ex *his patet in quibus differant & in quibus conueniant hæ duæ clauſulæ quanti res eſt , & quanti intereſt,ex quibus apparet quod non recte argumentatur* Doct.*dum adducunt tex.in l. unic. §.ſin. ff. ſi quis iuſdi. non obtempe. ad probandum quod triplex ex intereſſe, de qua re uidebimus inf. in uerſ. hoc quod intereſt. num.4.*

Index

SANCIMVS Noui iuris eſt promulgatoriũ nu.1.
Noum ius inducit hec lex num.2.contra uidetur.
nu.3.& nu.4.& nu.5.idq; uerius eſt.
Duplũ de iure digeſtorũ non excedebatur,nu.3.et 4.
& 5.communter contra,nu.2.
Vſure duplum non excedunt num.5.
l.iij. §.fi.ff.de eo quod cert. loco caſum ſpecialem
continet num.6.
l.ticius §.fi.cum l.ſeq.ſuum Doct. continet caſum
ſingularem,nu.7.
Speciale nihil eſt ibi, num.8.
Mediocres facultates an ſint in conſideratiene in d.l.
ticius, num.9.
Impenſe a bone fidei emptore facte an tote debeantur
num. 10.
Commune pretium quanti plurimi totum non debetur
ſed uſq; ad duplum conuenti pretij tantum d.l.ti=
cius, nu.9.& 10.& 11.
Minimum dicitur,non reſpectu ſui,ſed reſpectu maio=
ris. 13.
Inſolitum artificium an habeatur in conſideratione,
num.14.
Agitatores qui ſint num.15.
Incogitata non ſunt in conſideratione num.16.
Duplum non exceditur ſiue in immenſum creſcat pre
tium ſiue non,num.16.
Cogitatum non dicitur ultra duplum num.17.
Singulare nihil eſt in l.ticius num.19.

Super=

Superflua an ſit hæc lex caſu quo l.ticius intelligi debeat regulariter quod non, num.20.
Lex iſta an aliquid corrigat num.21.
Et in ſpecie an corrigat leges antiquas quæ dicebãt q. de lucro ceſſante non habetur ratio in ſolito negoetiari num.22.

## SANCIMVS.

1 EX hoc uerbo apparet quod hæc conſtitutio eſt noui iuris promulgatoria, nam uerb. ſancimus nouum ius portendit l.ſancimus C.de teſta.l. generaliter C.de inſtit.l.ſancimus C.de donat.Io.Crott. in l. ſi conſtante col.49.ff. ſolut. mat. & Rebuff. in iiij. not. Dec.in iij.not.col.iij.uerſ. ſed tamẽ in prima & ſecunda lect.col.ij.num.10.Cagnol. in iiij.not.col.v. nu.16.Dec.in c. decernimus de iudic. col.fin.nu.35. ubi concludit quod uerbum decernimus ſemper aliquid noui inducit, Ex hoc itaq; uidetur quod imperator de nouo coartauerit ius antiquũ circa intereſſe, & ad duplum redegerit, ut ſcilicet amplius quam duplum peti non poßit, & hoc ut dixi de nouo induxerit, quod etiam probat hic tex. in uerb. nobis uiſum eſt, & in uerb. ne dum in infinitum & in uerſ.fin.

1 EX Quibus apparet quod ante hanc conſtitutionem non erat determinata ſumma, Hanc ſententiam quod reductio ad duplum ſit nouiter introducta per hanc cõſtitutionem probat hoc in loco Bart. Idem tenet Dec.& atteſtatur cõem col.ij.in iij. not.et Cagnol.in iiij.notabil.& Moder.ultra mon. in iiij.not.

Contra

CONTRA Hoc urget text. in l. Titius cum duab. l. ſeq. ff. de action. empt. ubi de reſtituen dis ſumptibus magnis in erudiendo ſeruo factis ab em ptore, ita ratio haberi debet, ut duplū pretij conuenti quo emptus fuerat ſeruus non excedatur. 3

EX Quo tex. ſecūdum quoſdam uidetur col‑ 4
ligi quod etiam iure antiquo ante hanc conſtitutionē intereſſe nō excedat dūplum in ignorante, Ita tenent Pet & Iaco. de raue. & Fulg. hic in ix. appo. ut re= fert Dec. in prima lect. col. ij. num. 10.

Tamen communis opinio eſt in contrarium, & ad hunc tex reſpondent Doct. quod ibi eſt caſus ſingula= ris, quod mihi non placet ut infra eo. uerſ. nu. 19.

PRO Eadem opinione uȝ. quod etiam iure 5
digeſtorum intereſſe non excederet duplum, adduci= tur tex. per locum à ſpeciali in l. iij. §. fin. ff. de eo q̄d cert. loc. ait ibi tex. quod in arbitrariam actionem ue nit id quod intereſt, etiam ultra legitimum modum uſurarū ideſt ultra duplū, is enim eſt modus legitimus uſurarum ut ibi ait glo. per tex. in l. ſi non ſortem. §. ſupra duplum ff. de cond. indeb. Cum itaq; in caſu illo ſit ſpeciale ꝙ excedatur duplum, conſequens eſt ut re gula ſit in contrarium Dec. hic ſe inuoluit, ſed uix ui tari poteſt ille tex. niſi dicas quod aliud eſt quod inte reſſe excedat legitimum modum uſurarum, aliud eſt quod excedat duplum pretij, quod nihil eſt.

DIC Ergo quod ibi eſt ſpecialis caſus in quo 6
poteſt aliquid peti ultra duplū, & ſic in alijs caſibus regula eſt quod ultra duplū nil petitur & ſic eſt ibi caſus cōtra cōem ꝙ etiā de iure digeſtorū in inte

reſſe

reſſe petendo duplũ excedi nõ poterat regulariter, Tamen in queſtione propoſita, dum quæritur an hæc conſtitutio innouet.& corrigat iura antiqua & an idem in padectis diſpoſitum ſit Mihi uidetur negari non poſſe quin hec conſtitutio aliquid noui afferat, tamen dico quod non corrigit iura in pandectis collocata,

Puto itaq; dicendũ eſſe q̃ Iuſtinianus,quãdo fecit hanc conſtitutionẽ correxit iura antiqua contraria quæ ante pandectas compilatas uigebãt & abrogata nõ redegit in pandectas,hæc autem quæ ſunt redacta in codicem ſeu pandectas non ſunt contraria, & ſi quæ ſimpliciter loquuntur, debent intelligi ſecũdum hanc, & concordari l.non eſt nouum ff. de legib. l. unic,C.de inoff.dotib.et ſic non debemus dicere quod aliud ſit iure codicis,aliud iure digeſtorum,ſed eodem modo utrumq; ius debet intelligi, & in concordiam redigi & hoc mihi probat tex.in d.l.Ticius cũ duab. ſeq. ſuper quarum intellectu mirum in modum laborant Doct.& quarum ſenſus magnopere confert ad materiam præſentem,Ideo operepretium erit aliquanto diutius inmorari, & difuſius explicare, ex uero enim earum ſenſu multa noua & utilia emergent.

7 Doct.in explicando harũ legum ſenſu poſt multa in eam ſententiã cõmuni ſuffragio cõprobatam ſe conferunt ut exiſtiment ibi eſſe caſum ſingularem,& ſic præſupponunt regulam in contrarium,quod iure digeſtorum id q̃ intereſt duplum excedere poßit,quæ regula ſecundum eos non habet locum in caſu ſingulari de quo agitur in d.l. Ticius §.fin.cum duab.ſequent.

cum

*cum quo intellectu tranſeũt communiter* Doct. *ut hic per* Cagnol.*nu.*27.*plura autem concurrebant ad inducendam illam ſpecialitatem*,Primo,*ſeruus ille minimo pretio uenumdatus fuerat, ſecundo uenditor erat mediocrium facultatum, tertio in immenſum creuerat pretium ſerui, quarto creuerat ex inopinato euentu, ſeu ex artificio inſolito, quinto creuerat facto & opera emptoris, ſexto non fuit cogitatum de tanta ſumma, his concurrrentibus mirum non eſt ſi aliquid ſinſingulariter fuit determinatum, ut hoc in loco ſcribit* Cagnol.*poſt* Bal. & Paul.Caſt. & Dec.

*Aduertatis, mihi uidetur quod ibi nihil ſingulare eſt, ſed deciſio facta eſt ſecũdũ terminos iuris*, In *primis dico quod qui ſpeciale dicit debet probare, glo. iij. circa princ in l. filium quem* C. *famil hercis* Iaſ. *in l. ſi ex toto col. ij. ff. de leg. primo* Dec. & Cagnol. *in l.* 1. *ff. de regul. iur.* Secũdo *dico quod tex. in d. l. idq; in princ. eod. tit. in uerb. iuſtum, expreſſe ait quod illa deciſio eſt iuſta, & ſic non ſingularis, ſed iuſta, quemadmodum iuſta eſt illa altera deciſio, quod deteriore facto ſeruo minuatur preſtatio, parificantur enim ibi bi duo caſus, ita expreſſe loquitur ille text. ex quo mihi uidetur aperte concludi quod iuſta eſt, non autem ſingulari iure ſuffulta illa deciſio arg. l.* 1. *ff. de teſtam. l. iij. §. de illo ff. pro Soc.* 8

*Tertio dico quod ibi non ponitur pro conſtanti quod uenditor eſſet mediocrium facultatum, ſed dubitat, & ait quod forte erat mediocrium facultatum & ſic proponit caſum magis æquũ ut facilius perſuadeat deciſionem illam admittendam eſſe, tñ in utroq;* 9

*caſu idem determinat, ſiue ſit mediocrium ſiue ſit magnarũ facultatum, ait enim forte & c. quaſi dicat q͂d & ſi non ſit mediocrium facultatum, tamen eadem erit deciſio, illud enim uerbum forte facit dubitationem in facto & exempli cauſa proponitur, & in altero caſu idem iuris eſſe innuit, ut eſt tex. & ibi not. glo. in l. in ſubſtitutione ff. de uulg. & pupill. & in l. centum capue ff. de eo quod certo loc. & in l. optimã §. cum itaq; C. de contrahen. & committ. ſtipulat, & alibi ſæpe,* Ideo *uis non eſt facienda in eo quod eſſet mediocrium facultatũ, quia ut dixi idem eſt & ſi amplum habeat patrimonium.*

10 DICO *Etiam nihil referre an ex facto emptoris creuerit eſtimatio, dumodo legitime facto, an alia ratione, ut etiam hoc in loco animaduertit* Dec. *col. ij. nu. 11. in iij. not. Immo ex quo tractat de damno uitando, cum ipſe ſuum erogauerit bona fide, uidetur quod maior ratio de eo haberi debeat, quam ſi beneficio fortune pretioſior factus fuiſſet, cũ hoc ſecũdo caſu tractetur de lucro, quæ inter ſe differunt, lucri ſcilicet & damni ratio l. nõ fraudantur ubi* Dec. et Cagnol. *ff. de reg. iur. l. quæ autem in princ. ff. de his quæ in fraud. credit. l. 1. §. confertur ff. de collatio. bon. cum ſimil. quamobrem non uideo cur huic nocere debeat quod bona fide ſuum erogauerit, & cur hoc caſu deterioris eſſe debeat conditionis, quam ſi beneficio fortune ſeruus pretioſior factus eſſet.*

11 MELIVS *Eſt ergo ut dicamus quod utroq; caſu par ius ſtatuẽdum eſt, ſiue creuerit pretium facto emptoris legitimo, ſiue alia ratione,* Ideo *deciſio de*

qua in d.l.ticius, non minus habebit locum, in caſu quo ſerui pretium creuerit benefitio fortune, quam ſi im penſa emptoris id factum fuerit, nec ratio differentie allegari poteſt, niſi quod potius uidetur melioris con= ditionis emptor quando de damno uitando tractat, quam quandó de lucro captando agit, ut in l.in fundo ff.de rei uendic. & ſic qualitas iſta, hoc eſt quod pre tium impenſa emptoris creuerit, a doctoribus conſide rata, nihil confert ad deciſionem de qua in d.l.ticius.

DICO Etiam quod nõ eſt conſiderabile illud quod minimo pretio uenierit, ſiue enim magno ſiue mi nimo uenierit, ſemper eadem erit deciſio, ſi poſtea cre uerit in immenſum, quia reſpectu augumenti magni dicetur ſemp ueniſſe paruo arg.not.per glo. et Bart. in l. ſed etſi ſuſceperit §. ſed etſi ff. de iud. & ita ibi conſideratur primum pretium exiguum eſſe, propter ſequens augumentum quod ualde exceſſerat, Soz in conſ.264.num.24. & 25.uol.ij. 12

DICO Etiam quod immenſa eſtimatio, & im= menſum pretiũ non efficit quod condemnatio reſtrin= gatur ad duplum, nam finge quod paulo ultra duplum exceßit, puta duobus aureis uenijt, nunc creuit ad ſũ mam quinq; aureorum, dico quod eadem deciſio de qua in d.l.ticius, habebit locum, & ſic quattor tan= tum præſtabuntur, non minus quam ſi pretium creuiſ ſet ad ſummam centum aureorum, utroq; enim caſu quatuor tantum præſtabuntur, alioqui ſequeretur ab ſurdũ, quod qui maius damnum patitur, minus conſe= quitur, quod abſurdum eſt, ut patet ad ſenſum, pretij ergo magnitudo, non efficit quod minus debeatur, ſed 13

*quia de tanta ſumma non fuit cogitatum, ut ibi exprimit text. non curo igitur quanto excedat, dummodo duplum excedat pretium, nam ſemper ad duplum reſtringetur condemnatio illa, ut ibi aperit text. non habita ratione an in magno excedat, an in modico.*

*Propoſuit tamen iuriſconſultus exemplum de immenſo exceſſu, ut facilius intelligamus, emptorem de tanta ſumma non cogitaſſe, non ut intelligamus, quod plus conſequi debet, qui minus expendit, quam qui amplius, quia hoc eſſet abſurdum.*

14 DICO *Etiam quod non refert quo ex artificio creuerit ſeruus an ſcilicet ex ſolito, an ex raro & inſolito, nam dummodo excedat duplum, ſumus in caſu illus conſtitutionis, patet hoc ab exemplo ſimili quod paulo infra proponitur, dum eadem habere locũ dicit, in area euicta, in qua emptor edificia magna, ſuperextruxerat, nam nihilhominus etiam in caſu illo duplum non excedet condemnatio.*

15 TAMEN *Nemo eſt qui neſciat, quod a communiter accidentibus, domini etiã in paruo fundo magna ſolent edificia facere, ut quotidie uidemus, Praeterea dato ꝙ exemplum pantomimi ſit inſolitum & rarũ, tamen exemplum agitatoris de quo ſit mentio in d. l. ticius, eſt frequens & uſitatum, agitatores enim erant aurige, in curuli certamine & ludis circenſib. ut ſcribit* Bude. *in annot. in pandect. in l. athletas ff. de his qui not. infa. aurigarum autem uſus frequens eſt, ut uidemus,* Ideo *ibi nõ agitur de inſolito artificio nec enim deciſio illa habet rationem inſoliti artificij, ſed ſumme non cogitate, quae cogitatio non ex quali-*

*litate*

*litate artificij,ſed ex quantitate ſumme metienda eſt,
Ideo quocunq; ex artificio augeatur pretium,etiã ex
inaudito,dummodo nõ excedat duplum,totum præſta
bitur,ſi uero excedat duplum,etiam ex uſitatis arti=
bus ad duplum reſtringetur condemnatio, ut explicat
ille tex.recte intellectus.*

*Propoſuit autem iuriſconſultus exemplum de pan
tomimo, & de agitatore, non ut inſolitũ & infre=
quens artificium oſtenderet,ſed ut exemplum de ma=
gnopere pretioſis ſubijceret.*

TOTA *Ergo quæſtio reducitur ad in cogita=* 16
*tum, in quo eſt aduertendum quod* Iuri*ſconſultus ait
emptorem non cogitaſſe de tanta ſumma, nil dicit de
cauſa,propter quam auctum eſt pretium, & ſic nihil
refert ex qua cauſa creſcat,dummodo creſcat in im=
menſum, alioqui ſi ad cauſam reduceretur cogitatio,
ſemper poſſet dicere uenditor ſe de illa cauſa non co=
gitaſſe,neq; de illo artificio,& tunc ſi ex in cogitata
cauſa auctũ eſſet pretiũ etiã in minimo, nihil omnino
deberetur ultra pretiũ primum,quia de ſecundo nihil
eſt cogitatum,ex quo proceditex cauſa non cogitata,
& per cõſequẽs ceſſante cauſa ceſſat obligatio,*Soz.
*in conſ.*xxxi. *col. pen.uerſ. quarto etiam lib. primo*
Tiraquel.*in tract.ceſſante cauſa in uerb.obligationis
num,*184.

*Videmus tamen quod etiam ex inſolito artificio,
duplum præſtatur,uidemus etiã quod ſi in immenſum
creuerit,non exceditur duplum,ſic ergo etiam ſi pre=
tium in modico augeatur ultra duplum, tamen con=
demnatio non excedet duplum.*

17 *Cogitatio igitur uenditoris, tota dirigitur ad quantitatem pretij, non ad cauſam propter quam auctum eſt pretium, Ideo nihil refert, ex qua cauſa augeatur, nam ſemper dicimus quod non excedit duplũ, quaſi de tanta ſumma nõ ſit cogitatum, qui ergo rem alienam bona fide uendit, non cogitat in caſu euictionis ſe in immenſum obligari uelle, ut ait tex. in d. l. ticius, quamobrem deficiente conſenſu tacite non obligatur l. in totum ff. de regul. iur. magnam autem ſummam eſſe ſentit lex eam, q̃ duplum excedit d. l. ticius.*

18 *Plane cum ad cogitationem & ad conſenſum tacitum uenditoris uteriſimilem res reducta ſit, conſequens eſt ut eatenus obligetur quatenus cogitat, ſi ergo cogitaſſet de triplo aut quadruplo, procul dubio eatenus obligatus fuiſſet. l. cũ q d cũ ibi not. p Doct. ff. ſi certũ pet. In dubio iuris cõſultus exiſtimat quod nõ cogitauerit uelle obligari ad magnã ſũmã. i. ultra duplũ, Ideo ultra duplũ nõ cõdemnabitur, ut ait tex. in d. l. ticius cum l. ſeq. quæ cogitatio cum habeat locũ in immenſo augumento, multo magis habebit locum in minori augmento, nam nullo caſu cenſebitur cogitaſſe de maiore ſumma quam ſit duplum, alioqui ſi ullus eſt*
19 *caſus in quo preſumi poßit hunc de maiori ſumma cogitaſſe, proculdubio æquius eſt ut credamus illum aliquanto plus cogitaſſe ſoluere, in maximo emptoris damno, quam in mediocri, cum autẽ in magno exceſſu non cogitauerit ultra duplum, idem eſt in quocunq; alio minori, Et ex his puto nullum eſſe caſum ſingularem in d. l. ticius, ſed mero iure determinari, ex equitate tamen, ut in dubio, quis tacite ultra duplum obligatus*

*gatus non intelligatur, & deciſio illa erit regularis, licet* Doct.*communiter teneant contrarium.*

NON *Obſt quod hæc conſtitutio illo ſenſu admiſſo uidetur ſuperflua, nam dico quod fuit neceſſaria in multis, maxime ad tollendas dubitationes, quæ oriri poterant, quæ cũ adhuc nõ ceſſent ſtãte hac cõſtitutione declaratoria, multomagis uigerent ea non facta,* Itẽ *potuit dubitari an diſpoſitio de qua in d.l. ticius, ad caſum euictionis tantum in caſu emptiõis debeat reſtringi,* Ideo *facta eſt hæc conſtitutio, quæ generaliter ad omnes caſus pertinet, ut dicam infra in uerb. in omnibus caſibus, & ſic non eſt ſuperflua hæc conſtitutio,* Immo *in pluribus caſibus multum operatur, & hoc ſufficit ad hoc ut ſuſtineatur noua conſtitutio, ut tradit* Dec.*in c. decernimus in fi. de off. delegati, & hæc menti tenenda ſunt quia tex. in d.l. ticius male torquet* Doct.*nec eum ab aliquo ita explicatum reperies, & ſunt magni momenti,* Deciſio *tamen illius tex. non habet locum in eo qui ſciens uendidit, nam is totum refundit,* Ita *procedit tex. in l.* Idq; Iu*lianum ff. de actio. empt. & ita cõmuniter intelligunt* Doct.*quicquid dicat* Alciat.*qui inuoluit tex. ſed eius argumentis late reſpondent modern. ultramontan. hic in iiij. not. quæ omitto. an autem in caſu de quo in d. l. ticius, uenditor ſciens rem alienam eſſe teneatur ultra duplum, & ſic in totũ, dic quod ſic, propter dolum, late hoc cõtra* Alciat.*diſputat* Rebuff.*fo. 22. nu. 16. uſq; ad nu. 33. ad quem uos reijcio.* 20

HIS *Ita tractatis aduertendum eſt quod hæc conſtitutio licet ſit noui iuris promulgatoria, tamen* 21

non corrigit, nec abrogat leges in pandectis collocatas, quia huiuſmodi deciſiones de quibus loquitur Iuſtinianus in iij. conſtitutione codicis, nihil corrigunt, ut ibi ipſe atteſtatur, & in l. ij. §. contrarium C. de uet. iure enucle, & quod hæc conſtitutio nihil abroget tradit hoc in loco Bart. col. x. uerſ. uenio ad ultimum, & atteſtatur hanc eſſe cōmunem ſententiam, & q̃ non corrigat tenet Rip. in l. quod te nu. 52. ff. ſi. cert. pet. uers. quinto.

22 Cagnol. tamē defendit quod hæc conſtitutio abrogat leges ueteres, quibus diſpoſitum uidebatur q̃d non haberetur ratio lucri ceſſantis in ſolito mercari, & ſic ſecūdū eū correctus eſt tex. in l. fin. ff. de picu. & commodo rei uendit. cum ſimilib. & per conſequens hodie is qui ſolitus eſt mercari facta ſibi mora poteſt conſequi, id quod intereſt ſibi moram nō fuiſſe factam, per hanc conſtitutionem, quæ generaliter ſtatuit quod de intereſſe habeatur ratio quod in lucro conſiſtit, ut hic per eū & hæc ſententia eſt cōmuniter approbata, ſcilicet quod hodie lucri ceſſantis ratio habeatur in eo qui conſueuit mercari ut hic per Bart. col. ix. uerſ. ſi uero conſueuit, Ancha. conſ. cl. Alex. conſ. cc. lib. vi. Fel. & Dec. in c. cum uenerabilis de exception. Cagnol. hic col. vi. nu. 37.

Tamen quod hæc conſtitutio corrigat iura antiqua hoc non admittunt prefati Doct. ſed alijs rationibus precedentem concluſionem defendunt.

Ego quo ad hoc ut nihil ſit correctū cum ipſis ſentio, per tex. in l. precipimus C. de appellat. in fi. cum ſimilib. Quo ad aliam cōcluſionem ab his deſientio, de qua re infra

*re uide Inf. eo uerſ. nu. 25.*
*Ex his quæ paulo ante tractata ſunt apparet, quod*
*ius digeſtorum, circa duplicandum intereſſe non diſ=*
*crepat ab hac conſtitutione, quod etiam ſenſit Soz.*
*hic nu. 14. 15. & 17.*
*Ex quo ſequitur quod quemadmodum ius digeſtorum* 23
*loquitur de communi intereſſe, hoc eſt de toto damno*
*communiter eſtimato, ſiue circa rem conſiſtat, ſiue ex*
*cauſis corpori coherentibus obueniat, iuxta tex. in l.*
*ſi ſterilis §. cum per uenditorem, ff. de actio. empt. &*
*in l. proinde ff. ad leg. aquil. & ſtatuit quod illud non*
*excedat duplum pretij in contractu expreßi, iuxta*
*tex. in l. ticius in fi. cum l. ſeq. ff. de actio. empt. & in*
*l. iij. §. fin. ff. de eo quod certo loc. ſingulare autem cõ*
*tempſit, ut in l. ſi ſeruum ff. ad leg. aquil. & in l. pre*
*tia ff. ad leg. falcid. & in l. pen. ff. ad exhiben. & in*
*l. 1. §. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraudem patro.*
*Ita conſtitutio noſtra de toto damno undecunq; pro=* 24
*ueniente, & ſic de communi intereſſe loquatur, decla*
*rat enim ius pandectarũ ut hic per Soz. col. iiij. nu. 15.*
*& 17. Ideo in eiſdem terminis loquitur in quibus ius*
*declaratum, l. heredes palam §. 1. ff. de hered. inſtit.*
*faciunt ea que de declaratione uerbis rei, de qua agi=*
*tur, cõformanda, late cumulat Tiraquel. in l. ſi unquã*
*in uerb. libertis nu. 12. et 13. C. de reuocan. donation.*
*quicquid dicant alij, de qua re inf. latius tractabitur.*
*Item aliud ſequitur ut ſupra dixi, ſcilicet quod hæc* 25
*conſtitutio nullum caſum nouum introduxit, in quo*
*oporteat lucri ceſſantis habere rationem, contra Ca=*
*gnoll. nu. 38. reſtringit enim hæc conſtitutio non am=*

*pliat intereſſe,ut hic,in uerb.in anguſtum coarctare, & in fi.ibi ſit finis antique prolixitatis,Ideo inducta ad diminutionem non debet operari augumentum, l.legata inutiliter ff.de adimen.legat. & l. legata inutiliter ff.de legat. primo, Declarat igitur hæc conſtitutio ius antiquum obſcurius ut hic per Soz.nu.17.& uult quod in caſibus illis duplum non excedatur, in quibus iure antiquo lucri ceſſantis ratio habebatur. At quibus caſibus eo iure lucri ceſſantis nulla habebatur ratio,nihil innouat,ut p Soz.nu. 17.ergo etiã hodie in caſibus illis de lucro ceſſante nulla erit habenda ratio,contra Cagnoll. nu.38. & ſic concordabuntur iura iuribus l.unic.C,de inoffi. dotib.& legũ correctio uitabitur quod fieri oportet l. precipimus in fi.C.de appellatio.cum ſimil.& in hoc ego non admittam coniecturas neq; argumenta colorata, iuxta glo.cõmuniter approbatam in c.cupientes in .§.quod ſi per xx.in uerb.petere de electio. lib.vi. nibil ergo abrogatum putabo niſi quod expreſſe correctum apparuerit, per ſupradicta quicquid dicat hoc loco Cagnoll.no.38. & hæc notanda ſunt, quia magnopere conferunt ad hanc materiam percipiendam.*

## INDEX RERVM CONTENTARVM IN VERS. IN OMNIBVS CASIBVS.

IN *Maleficijs an habeat locum hæc conſtitutio nu.1.2.3.& nu.16.*
*Caſus appellatione quid contineatur,num.2.*
*Concluſio quod in maleficijs locum habeat,limitatur duobus modis nu.4,& 8.declaratur nu.16.*

*ſingu*

*Singulare intereſſe in maleficijs non debetur num.4. & num.15. nec etiã in contractib. num.14. alij contra num. 7.*
*Quod iuratur in litem non eſt intereſſe, ſed pena quatenus excedit iuſtum pretium, num.16.*
*Commune intereſſe totum debetur in delictis per dolum commißis. num. 11. 12. & 13.*
*Secus ſi per culpam, aut moram, tunc enim duplũ pretij ueri non excedit. num.15.*
*Extrinſecum intereſſe totum in delictis per dolum cõmißis, debetur. nnm. 8. & 16.*
*Damnum totum communiter eſtimatum in maleficijs preſtatur. num. 6. & 11.*
*Sciens plus tenetur quam ignorans num.9.*
*Doloſus plus tenetur quam culpoſus. num. 8. 16.*
*Dolus rem incertam an faciat. num. 10.*
*Cõmune intereſſe totum in contractibus nõ debetur, ſed uſque ad duplum tantum. num. 14.*
*Omnes caſus comprehenduntur in hac conſtitutione. num. 17.*
*Frequentioris uſus gratia que proponuntur non reſtringunt. num. 18.*
*Conſtitutio habet locũ in omni caſu. nu. 1. 17. & 19.*
*Geminatio uerborum multum operatur. num. 20.*
*Generalia uerba generaliter intelligenda. num. 21.*
*Ratio expreſſa comprehendit omnes caſus. nu. 23.*
*Intereſſe pena eſt ex parte ſoluentis. num. 22.*
*Benignior ſententia eſt amplectenda. num. 22.*
*Duplum non excedit ullum genus intereſſe. num. 24.*
*De couuento non loquitur conſtitntio iſta. num. 24.*

*Vnicum*

Vnicum eſt intereſſe. num. 25.
Ius digeſtorum conforme huic conſtitutioni. nu. 26.
Duplum non exceditur etiam iure digeſtorũ. nu. 26.
Conſtitutio hec in quibus caſibus habeat locũ. nu. 27.
Intereſſe de quo loquitur conſtitutio conſiſtit in utilitate que in contractũ deduci poteſt. nu. 28. & 29.

## VERS. IN OMNIBVS CASIBVS.

1 HÆC Verba latiſſime patent ſecundum Doct. qui dicunt quod imperator uſus eſt uerbis uniuerſalibus ut intelligamus diſpoſitionem huius conſtitutionis locum ſibi uendicare, non ſolum in contractibus, ſeu quaſi, ſed etiam in delictis, ideo ſi per maleficium damni quid illatum fuerit, eſtimatio eius, nomine intereſſe, duplum non excedet, ſcilicet eſtimationis rei, ſeu corporis circa quod damnum importatum fuerit, & ſic uerbo generali includuntur etiam maleficia, quia qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus ff. de legat. iij. l. à procuratore C. mandat. & eſt in utro-
2 q; eadem ratio ut hic per Dec. nu. 60. ¶ Item caſus appellatione, quilibet euentus, ex confluentibus cauſis ſignificatur, ut per Alber. in diction. iu uerb. caſus p Tex. in l. quia in eum ff. ad l. aquil. Luc. de penna in l. unic. col. ult. C. de Anno et Tribut. lib. x. Rebuff.
3 hic in glo. in omnibus caſibus fo. 71. nu. 2. ¶ In omnibus igitur caſibus .i. in omni euentu & ſic in contractibus, & in maleficijs & quocunq; alio caſu id quod intereſt non excedet duplum ſecundum glo. hic in uerb. caſibus. & Bart. col. xi. uerſ. quero iuxta & Bal.

*Bal.in ult.col.uerſ.reſtat querere, & Salic.col.iiij. uerſ. ſed quero & Dec. col. viij. nu.57. & 60.& Rebuff.in glo.caſibus fo.71.& 72.nu.2.& Cagnol. col.21.nu.91.ubi poſt Dec.atteſtatur cõmunem quã ferett. nu.11. ſequitur, quod declara ut inf.nu.16.*

¶ *Admiſſa itaq; cõmuni concluſione quod huiuſmo= conſtitutio comprehendat maleficia, & ſic quod in maleficijs id quod intereſt duplũ nõ excedit,* Limitatur *ſecundum* Dec.*ut non habeat locum in ſingulari intereſſe, nam ſecundum eum col. viij.nu.61.in maleficijs non habetur ratio de ſingulari intereſſe, ideo ſublato mihi libro in quo memoriam localem conſtitui. nõ eſtimabitur memoria, ſed uerum rei prætiũ l.in furti ff. ad l.aquil.quamquã enim hec conſtitutio generaliter loquitur, tamen reſtrngitur per alias leges ſpecialius loquentes l.in toto ff.de* Regul.Iur.*l. nõ eſt nouum cum l. ſeq.ff.de legib.immo nec etiam in contractibus ſecundũ* Dec.*in loco allegato habetur ratio de ſingulari intereſſe d.l. ſi ſeruum ff.ad l. aquil.l. ad exhibendum ff.ad exhiben.l.prætia ff.ad l.falc. ideo hæc cõſtitutio que id quod intereſt reſtringit ad duplum, nõ procedit in ſingulari intereſſe.* 4

¶ *Aduerte nõ uult dicere quod in ſingulari poßit excedi duplũ, ſed uult dicere quod nihil debetur ex ſingulari intereſſe,* Igi*tur pretium rei peremptæ, aut furto ſubtractæ ueniet in hoc iudicium quanti plurimi fuit inſt.de leg.aql. in principio & in l. inficiando.§. infans ff. de furt. licet excedat pretiũ quo uendita eſt, aut alias ualuit l.in furti in princ. eo.tit. & ſic quantũcunq; excedat dummodo ſit uerum rei pretium.* Tamen non 5

*eſtimatur*

*eſtimatur ſingulariter ſed cõmuniter ut eſt tex.q̃ de delictis loquitur in l. ſi ſerunm ff. ad l.aquil. pretiũ*
6 *igitur rei quantumcunq; eſt, & ſic totum, tamen cõmuniter eſtimatum, in maleficijs præſtabitur, idem dico de damno quod circa rem contingit, nam totum debebitur ut in l.proinde ff.ad l.aquil. & ſic totum debetur, & nihil duplicatur in delictis, tamẽ omnia communiter extimantur.*

7 ¶ Hanc ſententiã imꝓbat Cagnol. nu. 91. infin. *quia communis eſt in contrariũ ꝙ immo hec cõſtitutio loquatur de ſingulari intereſſe, & ſic fatetur ipſe, ꝙ totum pretium cõe, & tota extimatio damni quantũcũq; ſit uenit in condemnationem, & preterea ſingulare intereſſe.i.ſingularis utilitas, & ſingularis eſtimatio rei que fit ſupra iuſtum pretiũ, & hec uſq; ad duplum eſtimatiõis principalis rei poterit aſcendere.* Ita *ſentit* Cagn. *licet non ita explicet, & hec ſententia cõmuniter a doctorib. recepta eſt, tamẽ mihi placet ſententia* Decij, *nunc non immoror, dicam in uerſ. quod reuera nu. 7. 8. &* 20. *Illud tantum dico, & ſæpius inculco ꝙ non eſt, nec unquam fuit in uſu hoc ſingulare intereſſe.* Ideo *non eſt ueriſimile ꝙ hec conſtitutio ad id reſtringatur. l.nã ad ea ff.de legib*

8 Limitatur 2. *hæc concluſio ut non ꝓcedat in intereſſe quod extrinſecus uenit, nam hoc totum debetur in maleficijs, tunc n. ſumus in caſu incerto ſecũdũ* Dec. *hic nu.61.* Iaco. *raue. &* Albe. *hic col. fin.* Idem Dec. *col. pen. nu. 87.* Hanc *ſentẽtiam ego admitto ſi dolus ineſt maleficio, non al's, dicam* Inf. *eo. nu. 16. & hanc probat text. in l. iulianus in prin. ff. de act. empt.*

*empt. ubi qui ſcienter uendidit tignum uitioſum, aut pecus morboſum tenetur ad omne intereſſe quod extra rē illatum eſt, & ſic de ruina ediū ob trabē uitioſam, & de pecoribus mortuis ex contagione pecoris morboſi tenetur in totum, ad idem eſt tex. in l.* Ticius *in fin. cum duab. ſeq. ff. de act empt. ubi ſciens magis & ultra duplum tenetur quam ignorās, & q̄ to* 9
*tum debeatur, pbat* Ferett. *hic nu. 31. allegat tex. in l. ait & in l. inde nera tuis ff. ad l. aquil. & in l. ult. ff. de uia publi. & in l. in interdicto ff. de ui & ui armat. & in l. quidam tabulas, & in l. inficiando §, i. ff. de furt. et eandem ſententiā probat* Alciat. *hic cap. ante. pen. & atteſtatur cōmunē,* Cuius *opinionē iure digeſtorū procedere fatetur* Andegauē. *in tract. de eo quod intereſt fo. 189. quem refert & ſequitur* Rebuff. *fol. 71. in glo. in omnibus infin. ſed iure* Co*dicis alteram opinionem ueriorem, & communem atteſtatur, friuolis tamen rationibus, quia communis eſt opinio, & uera, q̄ hæc conſtitutio. nō corrigit ius pandectarum, ut alias defendi ſup. in uerb. ſancimus. nu.* 8. Ideo *ſi admittimus q̄* Alciati *opinio ſit uera iure digeſtorum, uerisſima erit etiā iure* Codicis. Dum *ta*- 10
*men* Dec. *putat q̄ dolus faciat rem incertam ut hic p̄ eum nu. 87. col. pen.* Rbuff. *improbat fol. 73. nu. 9.* Mihi *uidetur uerius negari nō poſſe, ſi res in qua cōmiſſum eſt maleficium ſit certa per quantitatē uel naturam, quin debeat dici caſus certus per hunc text. puta ſi furto ſuſtulit decem corbes uini, aut certā domum diruit, aut certam nauem expugnauit et fregit, aut certum ſeruū occidit.* In *his n. commiſſum eſt ma*

*leficium*

*leficium, & hec certam quantitatem uel naturam con*
11 *tinent.* Ideo *nõ uidetur uera* Decij *ſententia,* Tamẽ
*omiſſa hac diſputatione dico* ꝙ *hæc lex generalitr lo=*
*quens limitatur & reſtringitur* ꝑ *tex. in l. iulianus*
*in princ. ff. de act. empt. & l.* Idq; *iulianum eo tit.*
*cum ſimilib. ex quibus patet* ꝙ *doloſus totum detri=*
*mentum præſtat, nulla dupli ratione habita, & ſupra*
*ueram rei principalis eſtimationem, quicquid damni*
*datur, in infinitum preſtandum eſt, hic eſt n. caſus ſin*
*gularis exceptus a regula conſtitutionis,* ꝓ*pter dolũ,*
*& ita declaratur hec conſtitutio, arg. l. non eſt no=*
*uum ff. de legib.* Deniq; Rebuff. *in loco allegato nu.*
*6. & 7. fatetur* ꝙ *cõe intereſſe totũ debetur, &* Ita
12 *intelligit oẽs leges* ꝑ Alciat. *allegatas, quibus diſ=*
*poſitum uidetur* ꝙ *omne detrimentum dolo illatum re*
*ſtituatur, ut ſcilicet loquantur de communi intereſſe,*
*& hoc fatentur* Doct. *dum generaliter exiſtimãt* ꝙ
*omne id quod communiter intereſt etiã ſupra duplum*
*preſtandum eſt, ut hoc loco tradit glo. &* Bartol. *col.*
*4. uerſ. oppo. igitur, & col. 11. uerſ. quero. &* Bal.
*nu. 48. & nu. 51.* Dec. *nu. 73. & nu. 87.* Cagnol.
13 *nu. 67. & alij cõmuniter.* Quo *ad caſum propoſitũ*
*nulla eſt difficultas inter* Doct. *nã etiã* Dec. *de cõmu*
*ni loquitur, loquitur etiam de communi* Alciat. *& ſic*
*conueniunt in hoc utriuſq; ſcholæ authores* ꝙ *in de*
*lictis totum commune intereſſe præſtetur, cũ quibus*
14 *& ego ſentio.* In *hoc tamẽ diſſentio ab alijs* ꝙ *illi pu*
*tãt etiã in contractibus totum commune intereſſe de=*
*beri, & eſt communis ut per* Bart. *&* Bal. *in locis*
*allegat. &* Cagnoll. *col. 12. nu. 59. & col. 10. nu.*
*67. &*

*67.& 68. etiam ſi pretium quanti plurimi ſit rariſſimum ſecundum Cagnol. col. xiiij.,nu. 64. ubi atteſtatur conmmunem, & nu. 74. ego autem exiſtimo quod hoc ſpeciale ſit in maleficijs, propter dolum, & ꝙ in contractibus commune intereſſe,nõ excedat duplũ pretij rei principalis in contractum deducte, ut declarat* Dec. *hic nu. 79. per hunc text.*

IN *alio etiam diſſentio, nam ipſi putant ꝙ ſingulare intereſſe poſſit duplicari in delictis,ego dico ꝙ nihil ex hoc debetur,& ſic nec ſimplum,nec duplum d.l.ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ſed tantum commune omnium damnorum pretium l. iulianus in uerb. omne detrimẽtum ff. de act. empt.* Ita *tamen quod ſingularis utilitas non eſtimetur d. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. niſi in caſu, in quo poteſt iurari in litem ut l. 1.& 2.& toto tit.ff.de in lit. iuran. hoc.n.caſu ſtatuitur pretium arbitrio actoris l. ſi tutor ff. eo. etiam ſupra iuſtam eſtimationem l. ij. eo. tit. tamen hoc non eſt proprie intereſſe l. non a iudice ff. de iudic. l.1. ff. de in lit. iuran. ſed pœna eſt l. ij. & l. ſi tutor eod. tit.* Ideo *non comprehẽditur,in conſtitutione iſta quæ de* Inter*eſſe loquitur, ut inf. nu. 27.* 15

R*Eſtringitur itaq; ex ſupradictis hæc concluſio communiter recepta, qua traditum eſt ꝙ hæc conſtit. habet locum etiam in maleficijs ut procedat quando maleficia per culpam ſunt comiſſa, ſecus ſi dolo, nam in delictis ſine dolo commiſſis duplum pretij non excedetur, hoc eſt damna quæ circa rem conſiſtunt quæq; ex cauſis corpori coherentibus obueniunt,non excedent tantundem quantum eſt pretium uerũ ipſius cor*- 16

G *poris*

*poris ſeu rei principalis, ſecus in his quæ dolo ſunt commiſſa, tunc .n. totum præſtabitur, hanc diſtinctio nem facit text. in l. iulianus ff. de act. empt. & ita concordantur opiniones, facit text. in l. ij. & l. ſi tu tor ff. de in lit. iur. & l. non a Iudice ff. de iudic. forte etiam non procedit in mora per dolum commiſſa, leuius n. plectitur qui omittendo delinquit iuxta glo. in l. ſi mora ff. ſol. mat. not. Bart. in l. licet §. fin. ff. de pecul. Dec. hic nu. 59.*

*Caue tamẽ ne credas quod ego admittam ullo caſu ſin gulare intereſſe peti aut duplicari poſſe ut ãtea dixi.*

17 *His ita tractatis apparet quod hæc conſtitutio habet locum in omnibus caſibus, & ſic intereſſe reſtringi= tur ad duplum, non ſolum in contractibus, de quibus hoc in loco traduntur exempla, quæ non reſtringunt regulam §. hactenus inſt. de gradib. l. damni infecti la. ij. infi. ff. de damno infect. l. nam quod liquide ff. de penu. lega. Dec. in l. qui iuſdictioni nu. 14 ff. de iur. om. iud. ſed etiam in maleficijs locum habet, de= clarando ut ſupra dixi, max. quia hæc conſtitutio nõ eſt correctoria, quia nihil ex iure noſtro quo utimur, abrogat, ut dixi in uerſ. ſancimus, quicquid hoc loco*

18 *dicat Alciat. cap. 1. Item quia hæc cõſtitutio propo ſuit exempla contractuum ratione frequentioris uſus, crebrius enim frequentantur contractus, & crebrius petitur intereſſe ex contractibus quam ex maleficijs, Ideo gratia frequentioris uſus exempla propoſita nõ arctant conſtitutionem iuxta glo. in l. ij. in uerb. fi= lio precedẽte & ibi Iaſ. col. 4. ff. de uulg. & pupill. glo. in l. ſi is qui §. quod dicitur in uerb. per partes*

ff. de

*ff. de iure dot. cum alijs late cumulatis per and. Tira quel. in tract. de Retract. fo. 567. nu. 4.*

EX HOC *ètiam ſequitur quod habebit locum huiuſmodi conſtitutio, in quocunq; intereſſe, cuiuſcunque ſit quantitatis, & quocunque nomine nuncupetur, & quacunq; ex cauſa proueniat ſiue ex damno, ſiue ex lucro, ſiue circa rem conſiſtat, ſiue extrinſecus obueniat, ſiue commune ſiue ſingulare nuncupetur, nam hæc conſtitutio uniuerſalis eſt, & omnes omnino caſus comprehendit, ut ſupra uiſum eſt.* 19

*Et manifeſtius apparet ex crebra ac frequeni inculcatione ſeu repetitione uerborum, quibus enixam ac uehementem oſtendit uoluntatem, firmãq; animi ſententiam ad complectendos caſus omnes quotquot ſunt, et omne intereſſe cuiuslibet generis, arg. l. baliſta ff. ad trebellia, cum alijs cumulatis per Corſet. in tract. de uerbis gemina, max. cum non modo geminata ſed & multiplicata fuerint huiuſmodi uerba, quæ multiplicatio maioris eſt momenti, ut in aucten. quomodo oport. epiſco. §. hic de deo, & Corſet. in eod. tractat. nu. 7. faciunt late cumulata per Tirquel. in l. ſi unquã in uerb. reuertatur nu. 39. C. de Reuocan. donatiõ. quæ mens pleriſq; in locis huius conſtitutionis deprehenditur, 1. in uerſ. ſancimus, ibi omnibus &c. Item in uerſ. fin. ibi omnibus &c. quibus uerbis & omnes caſus & omnes perſonas complectitur. Item de duplo non excedendo, loquitur in principio text. ibi prolixitatem prout poßibile eſt, in anguſtum coarctare, & in uerſ. ſancimus, ibi hoc quod intereſt dupli quantitatem minime excedere, & in uerſ, in alijs,* 20

*ibi,non ex quibuſdam machinationibus,& immodicis peruerſionibus, in circuitus ineſtricabiles redigatur, & ibi,ne dum in infinitum computatio reducitur pro ſua impoßibilitate cadat,& ibi competenti moderami ne proferuntur,& ibi,ſit omnibus finis antique pro=*
21 *lixitatis, quibus ex locis oſtenditur uehemens, & firma animi ſententia in legislatore quod omnes om=nino caſus uult complecti,quod etiam manifeſtatur ex illis uerbis prout poßibile eſt, ex quibus apparet ꝙ omnes caſus quos poßibile eſt reſtringi,complectitur, nemo eſt autem qui ignoret intereſſe communiter eſti matum poſſe ad duplum reſtringi, ſi in contractu con tineatur certa quantitas,aut certa natura,cum itaq; conueniant uerba conueniet etiam diſpoſitio, l. 4. toties ff. de dam infe. & ibi* Alex.*& a uerbis claris nõ recedam l. ille aut ille §.cum in uerbis ff.de legat. 3. l. non aliter ff. de leg. 3. cum alijs cumulatis per* Tiraquel. *in l. ſi unquam in uerb. libertis nu. 5.* C. *de* Reuoc. *donatiõ. etiam ſi maior fuerit ratio in uno caſu, quam in alio per ea quæ tradit* Dec. *in* Rub. *nu. 9. ff. ſi certum petatur l. 1. §. quod autem ff. de aleato. late* Tiraquel. *in tract. de* Retract. *fo. 327. nu. 101. & ſeq.*

22 Accedat *quod huiuſmodi intereſſe ex parte ſoluentis pœna eſt ut per* Soc. *in* Rub.*nu. 43. ſentit text. noſter in uerſ. cum ſciamus, & text. in l. ſi quis a ſo=cio ff. pro ſoci.l. predia ff.de actio. empt. ideo ad mo liendam pœnam debemus inclinare, l. pen. ff. de pen. & ſententiam benigniorem ſequi, l. in omnibus ubi* Dec. *late ff. de* Regul. Iur. *& reo fauendum eſt l. fauorabi=*

*fauorabiliores ff. de Regul. Iur. maxime cum ſubſit eadem ratio, ſcilicet prolixitatis uitãde, quæ ratio expreſſa eſt in lege ipſa. Ideo operatur ut idem ius in* 23
*omni caſu, in quacunq; diſpoſitione etiam odioſa ſeruetur ut tradit* Bal. *in auãen. quas actiones col. 2.* C. *de ſacro eccle. ea n. eſt mens legis l. cum mulier, & ibi* Imol. *& alij ff. ſolut. matrimo.* Euerard. *tradit, in tractat. de modis argumenti cap. xxxv. fo. 118. uerſ. primo fallit, uide late cumulata per* And. Tiraquel *in tract. de* Retract. *fo. 866. nu. 2. & in l. ſi unquam in princ. nu. 37. & 38. ubi infinita cumulat more ſuo* C. *de* Reuo. *donation. Cum autem in caſu noſtro conueniãt uerba & mens, quibus concurentibus non eſt locus terginerſationi l. ſi ancillas in fi. ff. de leg. 1. & ibi* Iaſ. *l. miles §. quidam ff. de adulte.* Tiraquel. *in d. l. ſi unquam in uerb. libertis nu. 43.* C. *de* Reuocan. *donation.*

*Concluditur quod nullum eſt genus intereſſe quod* 24
*in condemnationem ſupra duplum pretij rei principalis deduci poßit, ſiue cõe ſiue ſingulare nuncupetur.* Et *procedit hæc cõcluſio etiam admiſſa uulgari diſtinctione intereſſe ſcilicet quod alterum ſit commune aliud ſingulare, ut per* Doct. *cõmuniter, nam omne omnino quod intereſt ad quantancunq; ſummam aſcẽdat, duplum non excedet, de conuento non loquor quia hoc eſt extra omnem controuerſiam, omnes n. admittunt hic agi tantum de incerto intereſſe non autẽ de certo & conuento ut per* Soz. *in* Rub. *nu. 108. & alios.*

*Multo magis procedet concluſio, & ſine ullo ſcrupu* 25

 *loſi*

*lo ſi defendimus unicum eſſe id quod intereſt, quæ ſententia uera eſt, ut dicam, inf. in uerſ. hoc quod intereſt nu. 13. & 21. licet pleriq; hic agi de ſingulari tantum defendant ũs. glo. & Bartol. col. 4. Bal. col. 3. nu. 23. Cagnoll. nu. 58. 62. 68. Rebuff. fo. 85. in glo. dupli nu. 14. & alij communiter.*

26 *Accedat quod ita generaliter intelligendo hunc text. concordat cum iure digeſtorum ũs. cum l. ticius in fi. ff. de actio. empt. qui text. loquitur de pretio quanti plurimi, et ſic de intereſſe cõi, tamen nõ excedit duplum pretij in contractu expreßi, & ita probat omnino ille text. ſi non cauillatur, quod etiam animaduertit Soc. hic col. 3. nu. 14. cum mult. ſeq. & ego late defendi ſupra in uerſ. ſancimus.*

27 *Ampliatur igitur hæc conſtitutio ut procedat in maleficijs declarando ut ſupra nu. 16.*

*Ampliatur etiam ut procedat in intereſſe communi ut hic per Dec. & dixi ſupra nu. 6, & nu. 14. dicam uerſ. quod re uera nu. 7. 9. 12.*

*Ampliatur in omni intereſſe tam intra rem quam extra rem, de quo uidebimus, in uerb. dupli. Limita non procedere in caſibus incertis, dicam inf. uerb. certã quantitatẽ, & in uerſ. quod re uera, Limita ẽt non ꝓcedere in caſibus in quibus ſubeſt dolus ut dixi ſupra*

28 *nu. 16. & dicam in uerb. dupli. Limita ẽt nõ ꝓcedere in ſingulari intereſſe, nam de hoc non loquitur conſtitutio iſta, & hoc nullo modo debetur, neq; ſimplum, neq; duplum, ut dixi, & dicam in uerſ. hoc quod intereſt nu. 23. 24. 25. ea potißimum ratione, quia iſtud ſingulare intereſſe, non eſt proprie intereſſe immo pœna*

mo pœna mera ut dixi ſupra nu. 15. Ideo non comprehenditur in cõſtitutione quæ loquitur de intereſſe proprie ſumpto. Item ut alias dixi loquitur de pecuniario intereſſe.i.de illa utilitate quæ ſi abeſt mihi, facit me pauperiorem, ſi uero adeſt facit locupletiorem, l.1.§.ſed ſi rem. ff.ſi quid in fraud.patro.hæc autem ſingularis utilitas non facit quem pauperiorem neq; locupletiorem, l.ſi ſeruum ff.ad leg.aquil.l.pretia ff.ad leg.falcid. cum uendi locari ue, ſeu al's in contractum deduci non poßit, d.§.ſed ſi rem, & irridetur a Iuriſconſulto, in l.pen.ff.ad exhiben.Ideo de hoc intereſſe non loquitur hæc conſtitutio, arg.l.nam ad ea ff.de legib.

Plane uendat qui poteſt, aut locet quis, ſuam memoriam in libro ex longo uſu comparatam, aut commoditatem pueri eundi ad gymnaſium uicinius, aut affectionem ad res auorũ ſuorum, aut uoluptatem ſuam, aut commoditatem equi inertis claudo oportunißimã, aut delicias ſuas, aut cœli temperiem, aut uicinitatis ſuæ affectionem, aut deſyderium quod ſibi exhibeantur libri quibus lectis doctior futurus eſt, & alia huiuſmodi quæ irridentur à legislatore in l.pen.ff.ad exhiben. & in l.fin.ff.de op.ſer. & in l.1.§.ſi quis rem ff.ſi quid in fraud.patro. hæc ergo quæ locupletiorem non faciunt nõ augent intereſſe nec habentur in conſideratiõe d.l.ſi ſeruũ & d.l.pretia, de libro additionibus aucto nõ loquor, quia fieri poteſt ut tã eruditæ fuerint, ut commune pretium libri augeant, & tunc non quia ipſe ſcripſerit aut longum laborauerit, nec quia ipſe eas utiliores habeat, ſed quia liber huiuſmo 29

*di aditionibus auctus tanti communiter uenderetur, augetur pretium, & eſt intereſſe commune non autẽ ſingulare, ſed ſi ſoli ſcriptori proſint, & nemini alteri care ſint future, puto nihil augebitur de pretio, immo erit uilioris, nam plerunq; huiuſmodi aditiones incompoſite, & inornate pretium diminuunt, uidi .n. ſæpe quod libri ob huiuſmodi aditiones incompoſitas, & ineruditas, aut male ſcriptas dificilius emptorem inueniunt, & uilliore pretio uenduntur, & hoc notius eſt quam ut a me referatur.*

*De his ergo non habebitur ratio in augenda eſtimatione rerum, nec de hoc loquitur conſtitutio noſtra quicquid dicant alij.*

*Alias declarationes ad hanc conſtitutionem oportunas, & neceſſarias uide inf. in uerb. dupli.*

## INDEX IN VERS. CERTAM QVANTITATEM.

QVANTITAS *pro pecunia numerata. nu.* 1.
*Quantitas omne ſignificat, quod pondere numero menſuraue conſtat. nu.* 2.
*Certum dicitur id in quo interuenit aliquid certe quantitatis uel certe nature. nu.* 3.
*Quantitas ſignificat etiam corpus, & ſpeciem certam. nu.* 4.
*Caſus certus dicitur quando fundus decem Iugerum debetur. nu.* 5.
*Species in genere debita an dicatur certa. nu.* 6.
*Affectio non cadit in genere. nu.* 7.
*Conſtitutio comprehendit omnẹ intereſſe, non ſingulare*

*lare tantum. nu. 8.*
*Natura certa quid comprehendat. nu. 9.*
*Certitudo omnis comprehenditur in hac conſtitutione. nu. 9. & 10.*
*Genus incertum eſt. nu. 11.*
*Facta ſunt incerta, ideo in his intereſſe non reſtringitur ad duplum, ſed totum debetur. nu. 12.*

## VERS. CERTAM QVANTITATEM VEL NATVRAM.

*ALBE. hic col. vij. ait quod in hoc perobſcure loquitur legislator, & ob id Cyn. col. 8. reprehendit Iuſtinianum, & Igne. in l. quatenus ff. de reg. iur. col. 11. ait quod hinc pendent leges & prophete, Rebuff. ait quod hoc indiget deciſione imperatoria, & quod hac dubitatione ſublata facilis eſſet lex, deniq; multi multa dixerunt, et quot ſunt capita tot ſunt ſententiæ ut patet ex his quæ tradit Bart. col. 1. ij. & iij. & ſal. & Curt. & Alciat. cap. 1. & ſum. cap. 4. & ferret. nu. 12. & alij.* 1

*Tu dic quod quãtitas certa hoc in loco accipitur pro pecunia numerata, & ſic pro certa ſumma pecuniæ in contractum deductæ, ut in l. certum ff. ſi cert. pet. l. hæc uenditio. §. huiuſmodi & ibi glo. & Bald. ff. de cõtrahen. empt. Tiraquel. in tract. de retract. fo. 381. nu. 9. & ſic optime ſubijcitur exemplum in locationibus & uenditionibus, in quibus certa merces, & certum pretium conſtitui debet inſt. de empt. & uendit. §. pretium, & inſt. de locat. in princ. tradit expreſſe*

Eguin.baro in tract.de diuid.& in diuid.lib. iiij.cap. iiij.fo.196.uerſ.igitur quod,per tex.in l.iiij.§. in eū ff.de dam.infect. & in l.1.§.fi.ff. qui ſatiſd.cog. ubi quantitas ad numeratam pecuniam refertur & idem Baro.ubi ſupra fo.197.uerſ.ego.

2 Dicitur ergo ille contractus habere certam quantitatem, in quo certa ſumma pecuniæ continetur, licet ex altera parte in terueniat aliquid incertū puta factum quod eſt incertum l. ubi §. qui id quod ff. de uerb.obligat.ut hic per Bald.num.22.Ideo ſi uēdidiſti aut locaſti mihi operas certo ſtatuto pretio, puta pro decem, Operis non traditis ſeu non factis duplum tan tum pecuniæ conſtitutæ pro eo quod intereſt conſequi potero, non amplius, ſecundum Bald. hic nu.22. Idem eſt ſi inſulam edificare promiſſeris certa pecunia accepta, puta quingentis acceptis, Idem eſt ſi nauem aut molendinum certo pretio accepto puta mille, edificandum ſuſceperis, nam mora facta, nihil amplius quam duplum præſtandum erit, Idem dico ſi librum ſcribere certa ſumma pecuniæ accepta, aut romam negocium meum geſturus proficiſci promiſſeris, aut puteum fodere, aut riuum purgare, aut calcem coquere, aut nemus cedere, aut faſces facere, aut qd ſimile, his enim omnibus caſibus duplum pecuniæ conſtitutæ nō poteſt excedi in condemnatione intereſſe, quia continent cer tam quantitatem ideſt certam pecuniæ ſummam, ita accipiendum putat Eguin. baro in tract. de diuid. & indiuid.lib.iiij.cap.iiij.& Cagnol.nu.93. Rebuff.fo. 84.nu.2.ita accipitur in l.iij.§.nunc de off. ff. de eo quod certo loc.

Idem

Idem eſt ſi in contractu contineatur certa quantitas earum rerum quæ pondere numero menſura ue conſiſtunt, & recipiunt functionẽ in genere ſuo, puta tritici, uini, olei, auri, argenti, & aliarum rerum huiuſmodi glo. hic in uerb. quantitatem, eſt enim certum l. certum ff. ſi cert. petat. & in hoc conueniunt Doct. ut hoc loco tradit rebuff. fo. 81. nu. 27. in glo. quantitatem Dec. col. viij. nu. 62. Cagnol. num. 94. col. xxi. quamobrem ſi in contractu decem cadi olei aut xx. corbes tritici, aut quinq; amphore uini contineantur, licet ex altera parte contineatur quid incertum puta opere, aut factum aliud, quæ ſunt incerta ut hic per Bald. num. 14. non poterit excedi ſumma dupli pretij quantitatis expreſſæ in contractu, Quid enim ſi conuenero de dando certam quantitatem uini, olei, aut tritici, ut ex aduerſo ipſe cloacam purges, uineam putes, foſſam fodias, parietem edifices ſyluam cedas, merces aliquo uehas, patrocinium præſtes, inſulam edifices, aut quid ſimile facias? proculdubio pro intereſſe non poterit condemnari ultra duplum quantitatis expreſſæ in contractu ideſt duplum pretij uini olei, aut tritici, de quo fit mentio in contractu, quia non poteſt negari quin in hoc contractu contineatur certa quantitas, duplicabitur ergo quantitas ideſt pretium quantitatis, nam & quando lex dicit duplicari rem furtiuam in actione furtiua, intelligimus quod duplicatur eſtimatio rei furtiuæ l. in furti in princ. ibi duplicabitur rei pretium ff. de furt. et in hoc conueniunt Bar. Bald. ſal. curt. Dec. Cagnol. Rebuff. in locis allegatis ſtrett. hic fo. 92. in fin. & fol. ſeq. nu. 14. et cõmuniter

Doct. ſum. in tract. de eo ꝙ intereſt cap. iiij. ubi quãti tatem certam accipit de his quæ pondere, numero mẽ ſuraq; continentur nu. 45. & ita communiter tene ri tradit Baro. in tract, de diuid. & indiuid. lib. 4. fo. 197. uerſ. alij.

4 Idem uidetur quando aliquid immobile certæ menſuræ debetur, puta fundus decem iugerum ſeu etiã cor= pus ceræ quantitatis ut eſt certus homo, certa turris, certus tignus, certa ueſtis, certus annulus, certus li= ber, certa catedra, & ita de alijs huiuſmodi, nam hic ſubeſt certa quantitas, hæc n. dicitur, quantitas conti nua, ut per Bal. hic nu. 16. de qua loquitur text. in l. inficiando §. infans ff. de furt. & Tiraquel. qui multa cumulat. in tract. de retract. fo. 380. nu. 6. & quod ita accipi poßit eſt tex. expreſſus in l. quiſquis ff. de legat. iij. not. glo. in l. 1. & ibi notat Bart. poſt princip. C. de act. & obligat. & in l. ſtipulationũ quæ dã ff. de uerb. obligat. et in l. ſi conſtante C. de donat. antenapt. ſic Virg. loquens de corpore ait, At qualis quãtusq; cauo poliphemus in antro, et alibi, Qualisq; uideri, cœlicolis, et quãta ſolet, & hoc modo certa ſpe cies, & certum corpus dicitur certa quantitas, Ideo ſi debeatur certus homo, & certus equus, intelligitur deberi certa quantitas ut hoc loco probat Bal. & eſt de mente Bart. & ſalic. poſt glo. in uerb. naturam & Bart. cõmuniter ſequuntur Doct. ut hic per Cagnol. nu. 78. & nu. 94. & Tiraquel. in tract. de retract. fol. 375. nu. 2. & 3. & 6. & ſume. in tract. de eo ꝙ intereſt cap. iiij. num. 45. Rebuff. hic fol. 81. in glo.

quan

quantitatem num. 27. & communem attãtur Dec. hic col.ix.num.64.

5 Deciſio in ſe eſt uera, ſed interpretatio uerbi non uidetur congrua, negari enim non poteſt quin ſi debeatur fundus x.iugerum, ac certa domus, ſeu certa ueſtis, caſus ſit certus l.ubi.autem ff.de uerb.oblig.l.certum ff.ſi cert.pet. negari etiam non poteſt quin ſimus in caſu conſtitutionis noſtræ, quæ ait duplum non excedi, & hoc admittunt omnes, & duplicabitur pretiũ ſeu eſtimatio dicti fundi, ſed ego puto quod hic caſus comprehendatur ſub uerbo naturam, non autem ſub uerbo quantitatem ſecundum Iacob.de Are. quem refert Bald.nu.20.quod etiam ſentit Dec.licet. non ita explicet col.ix.in princ.nu.62. & Cagnol.num.78. & 94. & expreſſe improbat ferett.nu.12.qui nullo modo adduci poteſt quod appellatione quantitatis corpus ſignificetur, ſed ea tantum ſignificari ait quæ conſtant pondere numero, & menſura l.ſtipul.in fin. ff. de op.no.nunc, ubi appellatione quantitatis ſignificatur eſtimatio, & in l.certum ff.ſi cert.pet.ubi quantitas ſpecie diſtinguitur & in l.plane § ſi eadem res, & in l.talis ſcriptura in fin.ff. de legat.1. improbat & baro in tract.de diuid. & indiuid.lib.iiij.cap.iiij. fo.197.uerſ.ego & Dec. hic col.ix. in princ. & Alciat.hic cap.1.nu.3. & inter recentiores hæc eſt crebrior ſententia qui reſpondent ad tex. in l. quiſquis ff. de legat. iij. & ad alia in contrarium adducta, & ego hanc probo.

6 Tamen uera eſt deciſio quod ſi certus homo debeatur, & certus fundus ac certa ſpecies, duplum eſtimationis

tionis

*tionis pro eo quod intereſt,non excedatur , & hanc deciſionem communiter approbant* Doct.*Ideo non diſputabo longius utrū contineatur hic caſus ſub nomine quantitatis,an ſub nomine naturæ,dum tamen ſub aliquo ex eis contineatur.*

7 *Item quod dictum eſt de certa pecunia, ac de certa quantitate,ac de certa ſpecie,procedit in qualibet re certa,in genere debita, qualis eſt homo debitus in genere, aut aliud ſimile quod in genere debetur, ut in equo,boue,& aſino,ita probat glo.in uerb. naturam probat* Bar.*col.iij.circa fin.uerſ.declaro,probat* Dec. *col.ix.nu.65.68.& probant communiter* Doct. & Rebuff.*in glo.quantitatem fo.81.num.27. quia hæc habent certam formam à natura, & ſic hoc quod in contractum deducitur , licet ſit incertum quo ad nos quia neſcimus præciſe corpus quod debetur, tamen dicitur certum reſpectu naturæ,& ſic habent hæc certam naturam,ideſt certam formam à natura inſitam, ut eſt arbor,pomum,uitulus,bos,equus & alia huiuſmodi in genere debita.*

*Itaq; hoc caſu ſecundum magis communem ſententiā* Doct.*duplum pretij ſeu eſtimationis non excedetur in condemnatione intereſſe & quo ad deciſionem conueniunt* Doct.*licet diſcrepent in ſignificatione uocabuli quod pertinacibus relinquendum eſt ſecundum glo.in rub.ff.ſolut.matrimo.*

7 *Nec obſt.quod affectio non cadit in re debita in genere , & ſic uidetur quod nihil poſſit intereſſe,nam rñdet* Bar.*col.ij.in fin. quod homine debito in genere debetur mediocris l.legato generaliter ff. de legat.1.*

*& poteſt*

*& poteſt intereſſe propter utilitatem, & hoc modo non habet dubium, nam non poteſt negari quin mea interſit habere aliquem ſaltem mediocrem, & hoc in propoſito caſu exprimit text.in l. heredes §. incerto ff. famil. herciſcun. Item operę ſerui mediocris ſunt in cōſideratione l.fin.ff.de op.ſer.in uerb. mediaſtini Item fieri poteſt quod damnum ſenſerim, ex quo carui ſeruo, etiam mediocri d.§.incerto.*

8 *Et hæc concluſio tranſit ſine ſcrupulo ſi admittimus quod hic agatur de omni intereſſe, etiam cōmuni prout animaduertit* Dec.col.ix.*num.*68. Doct.*tamen putant quod habeat locum quo ad ſingulare intereſſe, quod ego antea reprobaui,* Ideo *amplius non inſiſto, eſt enim apud me expeditum quod de ſingulari intereſſe non habetur ratio in iure noſtro, & quod hæc conſtitutio loquitur de intereſſe communiter eſtimato,* Admittimus *igitur in obligatiōibus, in quibus homo in genere, debetur ut præſtetur intereſſe uſq; ad duplum pretij ſerui mediocris, nam hic ſeruus certus eſt per rerum naturam & habet certam naturam, ut patet ad ſenſum, & fatentur omnes* Doct.

9 *Hæc eadem concluſio habet locũ in omni re certa, quæ in obligatione uerſatur quomodocũq; ſit certa, ſiue per rerum naturam, ſiue ex facto hominis, Quædam enim ſunt, immo multa, quæ nō ex natura certam aſſumunt formam, ſed facto hominis, ut domus, uas, annulus, ueſtis, liber, & alia huiuſmodi infinita arg. l. quod in rerum §. pen. ibi cum noſtra deſtinatione fundorum nomina, et domus non natura conſtituerentur ff.de legat.primo, Quædam ſunt quæ ex natura ipſa*

*certam ſortiuntur formam, qualis eſt equus, bos, homo, arbor, & alia huiuſmodi infinita, & hæc per rerum naturã certa ſunt, Quicquid igitur certum uerſabitur in obligatione, ſiue ſit certum per rerum naturam, ſiue ſit certum ex facto hominis, in hac conſtitutione comprehendetur, ita ut condemnatio pro eo quod intereſt, non excedat duplum eſtimationis rei huiuſmodi, & in hoc conueniunt in effectu opiniones* Doct. *qui magis diſcrepant in diſputatione uocabulorum, quam in effectu, ut animaduertit* Rebuff. *fo.81. nu.27. in fin. & quod ita ſentiant communiter* Doct. *tradit* Cagnol. *col.* x*viij. in princ. nu.78.*

10 *A duerte tamẽ quia tex. noſter uidetur conſiderare certam rem, non prout eſt certa per rerum naturam tantum, ſed etiam quod ſit expreſſa certitudo in ipſo contractu, & in ipſa obligatione, hoc uidetur exprimere text. noſter, dum ait in caſibus qui habent certam quantitatem, uel certam naturam, non enim requirit tantum quod res ipſa ſit certa per rerum naturam, ſed requirit quod cãus ipſe puta contractus, contineat rem certæ naturæ, & rem certæ quantitatis, ex ipſa igitur obligatione, & ex ipſo contractu debet apparere certitudo rei, & ita uidetur ſentire* Cagnol. *hoc in loco col.* x*vij. & ſeq. num.78. & col.* x*xi. nu.94. & 95. & quod certitudo ipſa appareat ex contractu, & ex obligatione ipſa tradit ferett. fo.92. uerſ. certum.*

11 Ex *hoc ſequitur quod res in genere debita erit incerta, quia genus eſt incertum l. cum incertus ff. de legat.1. l. heredes §. ſi incerto ff. famil. herciſ ferett.*

*hic fol*

*hic fol.90.num.13. cuius ſ ñtia non uidetur improba. Tamen benignior eſt ſententia communis quod hæc conſtitutio habeat locum in omni re certa, quomodo= cunq; ſit certa, etiam ſi ſtatim nõ appareat certitudo dummodo tunc temporis ſit, aut ex quãtitate, aut ex natura, certum id de quo agitur, & ita tranſeo cum hac benigniori opinione, quæ communis eſt, & conue nit rõni, & menti legis, cuius ea eſt mens ut prout poßibile eſt prolixitatem tollat & nemini dubium eſt quod hæc poßibilitas in huiuſmodi caſu ſubeſt, igitur dicam hunc caſum eſſe taxatum & de terminatum, ut duplum nõ excedat & omnes omnino caſus in qui bus res aliqua certa ſub eſt, etiam ſi ſtatim non appa= reat certa dicam habere locum hanc conſtitutionem.*

*Facta igitur excludentur ab hac prima regula, quia hæc non ſunt in rerum natura antequam fiant, ut de operis dicit tex. in l.1.ff.de ope.ſeruo.* 12
*Et facta ſunt incerta l.1.ff. de rer.permut.* Bald. *hic nu.14.& propterea ſi hinc inde factum ſit in obliga= tione, caſus dicetur incertus, ut etiam tradit* Bart. *hoc in loco col.iij.in fin. & tunc duplum poterit ex= cedi,* Et *per hæc remanet enucleatus hic artic. ſuper quo omnes laborant, & ſuper quo tot ſunt ſententiæ quot capita.*

## INDEX IN VERS. HOC Q_VOD INTEREST.

INTERESSE *duplum non excedit num.1.*
Intereſſe *in damno & lucro conſiſtit num.1.*

VERS. HOC QVOD INTEREST.

*Intereſſe non continet ea quæ locupletiorem pauperiorem ue non faciunt num. 1.*

*Omne damnum uenit in intereſſe, & ad duplum reſtringitur num. 2.*

*Triplex eſt intereſſe ſecundum cõem opi.nu.3.& 4.*

*l.unic.§.fi.ff.ſi quis iuſdi.non obtemp. quomodo procedat num.4.*

*Pœna eſt quod ſupra pretium iuratur in litem nu.8.*

*Iuramentum in litem an propter culpam latam preſtetur. num. 10.*

*Arg.pro communi à num.4. uſq; ad num.12,*

*l.competit ff. quod ui aut clam quomodo procedat num.13. circa fin.*

*Arg.contra communem à nu.13. uſq; ad num.22.*

*l.1.ff.de act.empt.quomodo procedat num.5.& 14.*

*l.quoties ff.de uerb.obligat.quomodo procedat nu.6.*

*l.pen.ff. de in lit. iuran. quomodo procedat num. 9. clarius num.10.*

*l.ſi tutor ff.de in lit. iuran.quomodo procedat nu.8.*

*Singularis utilitas conſideratur num.7. & num. 11.*

*Intereſſe ſimplex & unicum ſecundum multos quæ apud modernos eſt cõmunior nu.13.cum mult.ſeq.*

*Genus non egreditur ſpeciem num.14.*

*Intereſſe particulariter conſideratur num.15.*

*Perſona ut quilibet & ut communiter conſiderari poteſt .num.16.*

*Plus & minus non faciunt differre ſpecie num.17.*

*Intereſſe continet pretium tanquã quantitatẽ nu.18.*

*Augumentum non mutat ſubſtantiam num.20.*

*Eſtimatio fit communiter num.21.*

*Singulare*

Singulare intereſſe non eſt in uſu num. 22.
Singularis utilitas aliquo mõ cõſiderari poteſt. nu. 22.
Intellectus legis noſtræ num. 24. 25.
Conſtitutio iſta loquitur de omni intereſſe num. 23. etiam dato quod intereſſe ſit triplex num. 24. 26.
Singularis utilitas locupletiorem non facit num. 24.
Equalitas ſeruanda inter contrahentes num. 25.
Mora non eſt ſcelus num. 26.
Pretium eſt triplex num. 27.
Singulare pretium num. 28.
De eo non habetur ratio num. 29.
Intereſſe & pretium an ſint idem num. 30. quod non ſecundum communem num. 32. Alij contra nu. 30. & 31.
Concordantur opiniones num. 33.
Pretium damni & lucri eſt intereſſe, ſed pretium rei non eſt intereſſe num. 34. & 35.
Intereſſe circa rem & extra rem conſiſtit num. 36.
Intereſſe circa rem num. 37.
Circa rem & intra rem idem ſignificant num. 38. et in effectu eodẽ iure cẽſentur nu. 39. et 49. 53.
Cauſæ corpori coherentes circa rem uerſantur nu. 39. 41.
Pœna & hereditas circa rem uerſantur num. 40.
Circa rem quid contineat num. 42.
Immediate ex re obuenientia dicũtur circa rem num. 42. 43.
Vltramontanorum opinio defenditur num. 44.
Pœna commiſſa an & quando ueniat in intereſſe nũ. 44. contra. Bart. num. 35.

VERS. HOC QVOD INTEREST.

*Ob rem, & propter rem, & ex re in hac materia nõ diſcrepant num. 46. 47.*

*Intereſſe extra rem quid num. 31. 48.*

*Serui fame perẽpti ſũt intereſſe extra rẽ nu. 49. 50.*

*Lucrũ ex negotiatione eſt intereſſe extra rẽ nu. 49*

*Lucrum ex induſtria non ex pecunia immediate naſcitur num. 49. & 50.*

*Fructus in intereſſe non ueniunt num. 51.*

*Vſucapio an ſit extra rem intereſſe num. 52.*

VERS. HOC QVOD INTEREST.

1 NVNC *exprimit text. quouſq; coarctauerit ſeu ad quam ſummam reſtrinxerit ueterũ pro lixitatem, & ait ad dupli quantitatem reſtringi debere id quod intereſt, non eſt ergo pretium quod reſtringitur, ſed id quod intereſt, hoc eſt damna quæ circa rem conſiſtunt, ſeu ex cauſis corpori cohærentibus obueniunt, aut aliter qualitercunq; non excedunt duplum pretij, & ſic ultra pretium in cõtractu expreſſum tantundem pro damnis preſtari poteſt non amplius* Idem *dico de lucro, miſcẽtur enim omnia tam lucra quam damna, & duplum non excedunt, ex lucro enim & ex damno conflatur id quod intereſt ut exprimit, tex. noſter, & eſt tex. expreſſus in l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. & in l. ſi ſeruum circa fin. in uerſ. & amißiſſe ff. ad l. aquil.* Et *ego intelligo damnum & lucrum id quod conſiſtit in commodo & pretio pecuniario, & quicquid eſt ſupra iuſtum pretium non dicitur damnum, nec intereſſe, illud enim quod eſt*

*ſupra iuſtum pretium, peti non poteſt nec appellatur intereſſe, nec in eo quis fraudatus ſeu damnum paſſus intelligitur ut exprimit text. in l.1. ſed ſi rem uerſ. & al's ff. ſi quid in fraud. patro. et ſic in materia iſta intelligo damuum & lucrum id, ex quo quis fieri intelligitur locupletior, aut pauperior, ea autem quæ neq; locupletiorem faciunt neq; pauperiorem, hæc non ueniunt ſub appellatione intereſſe, de quo agitur in conſtitutione noſtra, nam de his non habetur ratio apud tribunalia, ut ſepe dixi, Plane ea quæ ſupra iuſtum & cōe pretium eſtimantur nam faciunt locupletiorem per tex. in l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & in l. pretia ff. ad l. falc. & l. pen. ff. ad exhiben. & l. fin. ff. de oper. ſeruo. nec faciunt pauperiorum d. l. 1. §. ſed ſi rem ff. ſi quid infraud. patro. & ita accipitur damnū l. iij. ff. de dam. infect. l. ſi ſeruū in uerſ. & amiſiſſe ff. ad l. aquil. l. ſi quis ab alio in fin. ff. de re iudic.*

*Ideo uicinitatis eſtimatio non ueniet in hoc intereſſe ut exprimit text. in d. §. ſed ſi rem, nec aliquid aliud ſimile damnum, & propterea arbitror in hac conſtitutione agi de omni pecuniario damno & lucro undecunq; proueniente, Quod noſtrates Doct. appellant commune intereſſe, ut totum qualecunq; ſit ad duplum pretij in conuentione expreßi reſtringatur & conuentionali pretio non ſubſiſtente reſtringatur ad duplum communis eſtimationis ſeu iuſti pretij, rei certe in contractum deducte, Abſit autem ut intelligamus de illa imaginaria & ſingulari utilitate, quæ a quibuſdam ſupra iuſtum rei pretium cōſideratur, pro ut ſit qn̄do iuratur in litē, ut in l. 1. ff. de in lit. iuran.* 2

H 5 quia

quia ſupra iuſtum pretium non ſit pauperior qui hac re caret propter quam iurat in litem l. 1. ff. de in litem iuran. & in uicino qui carius emit l. ſi cui fundus ff. de legat. ij. & in rebus maiorum quæ carius emuntur l. ſi in emptionem ff. de minorib. & in l. libertus qui ſoluendo ff. de bon. liber. & in momentaneo aut inſolito pretio, d. l. pretia in fi. ff. ad leg. falcid. quia ex his quis non eſt locupletior d. l. ſi ſeruum ff. ad leg. aquil. nec pauperior fieri nec damnum pati intelligitur, ſcilicet pecuniarium, ut eſt expreſſum in d. l. 1. §. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud. patron.

Tamen quia huius rei ueritas ſecundum Doct. dependet ab ea queſtione, qua queritur an unicũ ſit, an uero triplex id quod intereſt, nam qui triplex eſſe aſſerunt, poſtea de ſingulari tantum in conſtitutione noſtra tractari defendunt.

3 Non ab re uidendum eſt, quotuplex ſit id quod intereſt, & triplex eſſe plerique crediderunt ut, glo. hic & in l. 1. ff. de act. empt. & ſpecul. in tit. de intereſſe §. ij. Azo. in ſumma ſuper hoc tit. Hoſt. in ſumma de ſñt. §. quis effectus in uerſ. ſed quia, Dyn. in c. mora de reg. iur. lib. vi. Inno. in c. ſacro de ſent. excommu. Bart. hic col. vij. uerſ. his ergo, Practic. papien. in libel. de act. real. in uerſ. et in florenis Bart. hic col. vij. uerſ. his ergo & Bald. col. 1. num. 4. & Soz. in rub. col. iiij. nu. 22. Dec. in rub. col. iij. in fin. nu. 10. & in ij. lect. col. iiij. nu. 27. & Rebuff. hic fo. 42. nu. 22. in glo. 1. & Cagnol. in rub. col. vi. nu. 15. & eſt communis ſententia, ut atteſtantur Dec. & Cagnol. in locis allegatis, Non immorabor ſup declaratione cuiuslibet

ſpecie

*ſpeciei qa de ſingulis dixi in præfation.*

*Pro communi opinione quod intereſſe ſit triplex adducitur text. in l. unic. §. fin. ff. ſi quis iuſdi. non ob tempe. ibi hoc iudicium non ad id quod intereſt, ſed quanti ea res eſt & c. fit enim ibi differentia ſecundũ* Doct. *inter uerum ſeu commune pretium, et intereſſe ſingulare, & propterea uidetur inferri quod aliud ſit ſingulare intereſſe quod in ſingulari pretio conſiſtit, aliud commune intereſſe quod in communi pretio conſiſtere uidetur* R*eſponde quod ibi text. non ſentit de multiplici intereſſe, ſed oſtendit quæ ſit differentia inter has clauſulas quanti intereſt, & quanti ea res eſt, altera refertur ad ueritatem, & ad rem de qua agitur, ſeu ad uerum pretium rei de qua agitur, quantacunq; eſt, ſiue interſit tanti, ſiue minoris, al'ra claua refertur ad intereſſe tantum, etiam ſi res ipſa ſit pluris, & hæc habent ſe tãquam excedentia, & exceſſa ut dixi ſupra in princ. num. 53. nec eſt uerum quod ſingulare pretium ſit ſingulare intereſſe ut dicam poſtea.* 4

*A*dducitur *ſecundo loco pro communi opinione qđ triplex ſit intereſſe tex. in l. 1. ff. de act. empt. ubi intereſſe ſingulare excedit pretium commune, & conuentum, & ſic eſt triplex re uera ille tex. nihil probat, loquitur enim de intereſſe ſimpliciter, et ait quod illud interdum egreditur pretium, & ſic non conſtituit diuerſas ſpecies, ſed diſtinguit pretium ab intereſſe, ſunt enim hæc diuerſa ut dicam inf. eo. nu. 24. & dixi in præfation.* Ideo *non inſiſto late examinat* Soz. *in rub. a nu. 98. uſq; ad nu. 122. quæ non tranſcribo.* 5

*ſcribo, ſunt enim leuia, & ipſe ibi rñdet, alia inculcat Cagnol. in rub. nu. 14. uſq; ad nu. 18. quibus oretenus reſpondi.*

6 *Adducitur etiam pro communi opinione text. in l. quoties ff. de uerb. obligat. & l. ult. ff. ſi quis in ius uocat. non ier. iuncta l. ij. in fin. ff. qui ſatiſd. cogant. ait tex. in d. l. quoties la tertia ff. de uerb. obligat. qđ ſi quis alterũ ſiſti ſtipulatur non adiecta pœna, quanti intereſt continetur in ſtipulatione, id autem quod intereſt ueram rei eſtimationem hoc cãu continet l. ij. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. ergo uidetur quod quemadmodum rei eſtimatio eſt triplex, ita triplex ſit id qđ intereſt, ita argumẽtatur* Ferret. *doctor egregius hoc in loco fo. 101. nu. 21. Idem ferret. ibid. num. 17. circa fin. rñdet huic arg. ad quem uos reijcio, R̃nderi etiam poteſt clarius qđ dubitat iuriſconſultus an fideiuſſor teneatur quanti ea res eſt, ideſt ad eſtimationem totius rei quæ deducitur in iudiciũ, licet tãti nõ interſit, propter illa uerba, quanti ea res eſt, quæ erant in edicto pretorio, & ait quod non tenetur ad totum pretium rei, ſed quod ueritas attenditur, ideſt tantũ preſtabitur quantum intererit, & ſic interdum minus preſtabitur quam ſit rei pretium, ſi minoris interſit, ita loquitur ille text. à nemine intellectus, quo ſenſu admiſſo nihil minus ꝓbat quam q̃ plures ſint ſpecies eius quod intereſt, bñ probat quod aliqñ pluris intereſt, aliquando minoris, & quod intereſſe aliquando excedit pretium rei, aliquando minus eſt, exempla tradit Soz. in rub. nu. 31. & 32. His innitũtur* Doct. *qui communem ſententiam tuentur, et ex his probari conten=*

*contendunt triplex eſſe id quod intereſt, tamen quam leuia ſint, nemo non uidet.*

Ego *ulterius adduco pro communi opinione text. in l. ſi tutor ff. de in lit. iuran. iuncta l. pen. eo. tit. ubi pretium arbitrio domini ſtatuitur, et ſic ſingulare eſt illud pretium, & ſingularis illa eſtimatio, quæ fit a ſolo domino, tamen tanti fit eſtimatio quanti eius intereſt l. pen. ff. eo. & l. uideamus §. curatores ff. eo. & ita ſingularis illa eſtimatio nõ egreditur utilitatẽ, ſeu intereſſe domini, oportet ergo fateri quod ſingulariter eius intereſt, & quod ſingulare eſt intereſſe illud de quo ibi tractatur, & propter quod iuratur in litẽ & quod ſit ſingulare, uidetur etiam probare text. in l. 1. ff. eo. ubi ait quod fit eſtimatio ultra rei pretium, uidetur ergo negari non poſſe quin conſiderari poßit ſingularis utilitas, ſeu intereſſe ſingulare, & quin de eo habeatur ratio apud tribunalia, & quin iſtud ſingulare diſtet à communi, & per conſequens quin ſit multiplex intereſſe, & quod ſit ſingulare apparet etiam ex eo quia in infinitum iuratur l. uideamus §. iurare ff. eo. et quantũ placuerit domino l. ij. in fin, ff. eod. cum pretium commune ſit finitum, & non ex arbitrio unius, ſed communi eſtimatione conſtituatur l. pretia ff. ad l. falc. & l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. deniq; non poteſt negari quin ſit ſingulare, quia illud ſingulare dicitur quod à ſingulari perſona conſtituitur d. l. pretia rerum ff. ad l. falc. & l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & de pretio ſingulari uide multa quæ cumulat* Tira*quel. in tract. de retract. fo. 341. nu. 1.* 7

Aduerte *licet ita expreſſe loquatur lex, tñ alibi* 8

 *ait quod*

*ait quod id quod eſt ſupra pretium commune, non eſt pretium, ſed pœna mera, & licet pluris eſtimetur, tamen res non plus ualet, nec pluris fit, nec creſcit eius eſtimatio, ſed ob contumatiam pluris eſtimatur l. 1. ff. eo. & iſtud quod eſt ſupra uerum rei pretium pœna mera eſt, non autem intereſſe l. ij. ff. eo. ubi ait quod contumatia non reſtituentis punitur quanti in litem iurauerit actor, Idem probat text. in l. ſi tutor ff. eo. dum ait quod punienda eſt contumatia, & ideo arbitrio domini pretium eſt ſtatuendum, non eſt igitur pretium rei, illud, quod ob contumatiam creſcit nec eſt intereſſe illud quod eſtimatur ſupra uerum rei pretium ut exprimit tex. in l. non à iudice ff. de iudic. dum ait quod doli eſtimatio non fit ex eo quod intereſt, ſed ex eo quod iuratur in litem, ex his apparet quod ibi non poteſt conſiderari intereſſe ſingulare, quia ut dixi ſupra uerum pretium nihil intereſt, quod autem preſtatur ſeu iuratur ſupra illud, pœna eſt, quæ pœna longe differt ab intereſſe, ut eleganter more ſuo probat Ferret. hic nu. 23. fo. 103. per tex. in l. ſi quis à ſocio ff. pro ſoc. & l. predia ff. de act. empt.*

9 Non obſt. quod appellatur intereſſe id quod iuratur in litem in l. pen. ff. de in lit. iuran.

*Nam reſponderi poteſt, admiſſa illa opinione pro uera quod etiam ob latam culpam iuretur in litem, de qua per Dec. in l. in actionib. in ix. not. nu. 12. & nu. 17. uerſ. in glo. ff. de in lit. iur. q. diſpoſitio de qua in d. l. pen. procedet in caſu in quo iuratur in litem propter culpam, tunc enim iurabitur tantum in id quod intereſt, Ita ſentit text. in d. l. ij. in uerb. dolus ff. de in*

lit. iu

*lit.iuran.à contrario & in d.l.non à iudice in uerb. doli ff.de iudi.ſecus ſi dolus interueniat,nam tunc ultra pretium, & ultra id quod intereſt iuratur d.l.1. & ij.& l.ſi tutor in uerb.punienda,et d.l.ij.in uerb. punitur.*

*Sed quia non eſt tuta hæc reſponſio,ea ro͠ne,quia* 10
Doct. *communiter tenent quod ad hoc ut iuretur in litem dolus eſt neceſſarius, nec ſufficit lata culpa ut per* Iaſ.*in d.l.in actionibus col.vij. uerſ.iij. requiritur & ibi* Dec.*nu.* 17.*ff. de act.* Ideo *pro concordia harum legum poteſt ſecundo dici quod tex. in l.pen. loquitur in caſu certo, & ſic in chirographo quod continet certã quantitatem, & ſic non poteſt iurari ſupra certam ſummam, prout etiam fit in nũmis l.iij. ff.eo.ſecus eſt quando eſtimatio non eſt certa,nã tunc poteſt iurari ſupra pretium d.l.ij.et d.l.ſi tutor eod. tit.& hoc ſentiunt* Doct. *dum aiunt quod non poteſt iurari in litem ſuper re quæ non recipit affectionem* Iaſ.*in d.l.in actionibus col.vij.uerſ.1.per tex. in d.l. nũmis, & ſic nullum extat ſingulare intereſſe, quia qñ exceditur pretium id non uocatur intereſſe, nec pretium, ſed pœna ut dixi.*

Ex *alio uidetur probari ad quod non aduertunt* 11
Doct.*u3.ex tex.in l.pretia rerũ ff.ad l.falc.in uerb. ſingulari utilitate,& in uerb. communiter funguntur,& in l.ſi ſeruum ff.ad l.aquil.* Quibus *in locis fit mentio de ſingulari utilitate,& de cõmuni,utilitatis autem appellatione id qđ intereſt ſignificatur ut dixi in præfation. & ſic tex.illi ſi non cauillantur exprimunt duas ſpecies intereſſe,ſcilicet commune,& ſingulare,*

*gulare, De tertio autem hoc eſt de conuentionali loquitur tex. in l. fin. ff. de præt. ſtipu. & in l. procurator ad exhibendum §. fin. ff. rem rat. hab. quanquam non multum curandum eſt de conuentionali, quia totum pondus conſiſtit in alijs duobus, uz. in ſingulari & communi de quibus fit expreſſa mentio in d. l. ſi ſeruum, & in d. l. pretia, Et ex his uidetur conſtare manifeſte non eſſe unicum id quod intereſt, ſed multiplex.*

12 *Ad hoc tamen rñdeo quod dato quod poßit conſiderari ſingularis utilitas, tamen de ea non habetur ratio apud tribunalia iudicum d. l. ſi ſeruum & d. l. pretia, Ideo fruſtra excogitamus nouam ſpeciem, inutilem & uerbalem tantum l. fin. C. de uſur. & cum ſit inutilis perinde eſt ac ſi nõ eſſet, nam equiperatur nihil & inutile ut per Bald. in l. ſi aut C. de legit. heredib. & cum nulla ratio de huiuſmodi intereſſe habeatur non eſt credendum quod Iuſtinianus de eo tractauerit in hac conſtitutione arg. l. 1. §. iubemus uerſ. et quia C. de uete. iure. enucle, Ideo nec ego admittam nouam ſpeciem intereſſe diſtinctam ab alia, dabitur etiam aliud reſponſum paulo infra, Videtur tamẽ pro communi urgere tex. in l. competit ff. quod ui aut clã, ubi ceſe ſunt arbores non fructifere, ex quibus tamen amenitas quædam preſtabatur, ait text. quod contra cedentem datur fructuario interdictum quod ui aut clam, palam eſt autem quod illud interdictum datur tantum ad id quod intereſt l. ſemper §. fin. ff. eo tit. ergo uidetur quod ex amenitate cõſideratur utilitas, & hæc eſt ſingularis d. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil.*

Rñde

Rñde q̄ hæc amenitas locari poterat et ex ea ſolueba
tur uectigal,ut ex plinio tradit egregie Ferret.hic nu.
21.& ſic illa utilitas conſiſtit in commodo pecuniario
quicquid dicat Rebuff.fo.56.nu.103.in glo.1.

Contrarium itaq; quod immo ſit ſimplex et unicū 15
intereſſe,tenuit Iaco.raue.Petrus de bella pertica Do
ctor gallus nulli ſua ætate ſecundus,et ultramont.&
Dyn. idem tenet Bart. ſibi contrarius in l.fin. ff. de
præt.ſtipu.Nicol.matheſil.de quo meminit Cagnol.in
rub.nu.14.& raf.fulg.quem refert Soz.in rub.nu.
107.col.xvi.& tāquam euangelium uerum eſſe atte
ſtatur,idem Soz.in d.rub.col.xviij.nu.122.& Ant.
ſum.in ſuo tract.de eo quod intereſt cap.ij.nu.15.&
Iaſ.in l.quod nerua ff.depoſit.quem hic allegat. Re=
buff.fol.43.in glo.1.nu.13.& Eguin.baro in tract.
de diuid.et indiuid.lib.iiij.et hoc in loco Emyl.ferret.
uir nonquam ſatis laudatus fo.102.nu.22.& ſequun
tur communiter recentiores,& ſic inter poſteriores
hæc concluſio uidetur crebrius recepta.

Hanc opinionem probat tex.in l.1.in uerb. hoc ff. de
act.empt.& in uerb.egreditur, ubi loquitur de inte=
reſſe, Quod excedit pretium, & ſemper idem eſt in=
tereſſe,tam quando egreditur pretium commune,quā
quando non egreditur,ergo unicum eſt,Quod inter=
dum pluris eſt,interdum minoris, ut per Soz. in rub.
nu.109.Nec releuat reſponſio Doct.dum dicūt quod
eſt idem in gñe tamē habet diuerſas ſpecies, Nam re=
plicatur quod ſi ſic accipitur non recte ait text. quod
intereſſe egreditur pretium,quia genus nō egreditur
ſpeciem,animal enim non egreditur hominem,ſed ſemp̄

ineſt

*ineſt in homine, ſic intereſſe tanquam genus conſideratum non egreditur ſuas ſpecies, ergo in tex. illo non poteſt accipi pro genere, & nulla poteſt dari bona rñſio, niſi cauillando, & impropriando uerba, quod ego non admitto contra tex. clare loquentes.*

15 *Secundo id quod intereſt ſemper conſideratur particulariter prout conuenit illi certæ perſonæ de cuius intereſſe agitur, non autem prout intereſt communiter omnium l. 1. ibi quanti rem habere emptoris intereſt ff. de act. empt. l. fin. ff. de præt. ſtipula. l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ibi utilitas emptoris in eſtimationem uenit, & alibi ſæpe, ergo uidetur quod unicum ſit illud quod intereſt ut dixi ſupra in præfat. nu. 33.*

16 *Rñd. Doct. maxime* Dec. *in ij. lect. col. v. num. 43. poſt* Bart. *hic col. viij. in princ. quod perſona poteſt conſiderari ut quilibet communiter, & erit cõmune; Item ſingulariter, et erit ſingulare propter aliquam ſpecialem qualitatem illi coherentem, Quæ reſponſio nihil releuat, quia ſi preſupponimus quod idem caſus acciderit cæteris in eodem ſtatu, nihil eſt ſingulare in iſto, ſi non in eodem ſtatu. nihil eſt cõmune, & iſtud argumentũ nõ poteſt uitari.* Soz. *in rub. nu. 59. 67. 69.*

17 *Tertio plus & minus non faciunt differre ſpecie l. fin. ff. de fund. inſtruct. intereſſe autem ſingulare non differt à communi, niſi quantitate, & ſic per plus & minus, ergo non differt ſpecie* Doct. *rñd. quod ceſſat regula quando plus et minus proficiſcuntur ex diuerſis cauſis, prout commune, & ſingulare quæ proueniunt, alterum ex communi eſtimatione, alterum ex*

cauſa

*cauſa particulari Quæ rñſio nihil releuat, quia licet pretia ex uarijs cauſis uarientur, tamen intereſſe eſt ſemper idem, hoc ſentientes Doct. cõfugiunt ad aliam ſolutionem, et aiunt quod regula ſupradicta procedit in his quæ ſunt facti, non in his quæ ſunt iuris l.1.ff. de ſeruit.ruſt.pre. ſed hæc ultima rñſio retorquetur nam intereſſe conſiſtit in facto l.quatenus ff. de reg. iur. ergo &c.*

18 *Deniq; nulla lex ait q. tres ſint ſpecies intereſſe, Ideo nec ego admittam l.illam C.de collat.l.de pretio ff. de public. maxime quia non poſſumus conſiderare ſingulare intereſſe, quin etiam complectamur cõmune ſi n. res communi eſtimatione ualeat decem, & ob ſingularem utilitatem creſcat in duo, iam totum pretium conſtabit ex xij. in qua ſumma continebuntur etiam decẽ l. ſi unus §. ſi cum mihi, ubi bart. ff. de pact. Pro hac eadem opinione faciunt ea quæ dixi ſupra in præfat.nu.11. & nu.16. & nu.27. & in princ.nu.25. uſq; ad nu.29. et inf. in uerſ. quod re uera nu.5. quæ non repeto licet ibi multa ſint quæ urgeant, ſed ut euitetur ſatietas ad ea loca uos reijcio.*

19 *Pro cõcordia laborant Dec.col. iiij. in fin. & col. ſeq. & Cagnol.col.xix. in princ.num.82. Rebuff. in glo.1.fol.44.nu.16. quæ non tranſcribo quia parũ proficiunt.*

20 *Ego dico prout dixi in præfat.nu.16. cum mult. ſeq. quod unicum eſt intereſſe, quaſi unum corpus, ſeu totum quod & augumentum recipit, & diminutionem l.1. in uerb.pluris ff. de act. empt. l. ubi §.1. in uerb.minoris uel pluris et in uerb.creſcat ff.de eden.*

& in

& in l.idq; in princ. in uerb. minuitur preſtatio ff. de act.empt. Tamen ſemper idem eſt l. cum proponebatur ff.de iudic.brun.in tract.de augu. in prima concluſ. princ. col.1. nec unquam tranſit de communi in ſingulare nec è contra, ſed quomodocunq;, & ex quacunq; cauſa interſit, & quantuncunq; ſit, ſemper eſt intereſſe eiuſdem hominis, & eodem nomine nuncupatur, & eſt unicum intereſſe & ſimplex, loquor de illo intereſſe quod peti poteſt, & in condemnationem deduci.

21 Et hoc eſtimatur communiter, non autem ex affectione ſingulari, nec ex commodo ſingulari, nec ex arbitrio unius, nec ex ea caritate quæ inſolita eſt aut inaudita, aut quæ momento temporis exiguo durauit l.pretia rerum ff.ad l.falc.l.ſi ſeruum ff.ad l. aquil. & ita procedit opinio ultramontanorum recte intellecta & ita tex.noſter loquitur.

22 Fateor tamen quod conſiderari poteſt ſingularis utilitas pro ut eſt pretium quod ab uno ſolo preſtaretur, uel propter iracundiam, uel ob amorem, uel errore, uel neceſſitate, uel alia ſimili rõne, exemplum eſt in patre l.ſi ſeruum ff.ad l.aquil. Item in uicino ut in l.ſi cui fundus ff.de legat.ij. Item in re maiorum l.libertus qui ſoluendo ff.de bon.liber. & in alijs cumulatis per And.Tiraquel.in tract. de retract.fo.341. nu. 1., & hoc eſt ſingulare pretium & poteſt uocari ſingulare intereſſe, reſpectu patris, & uicini, & conſanguinei, quia non tanti communiter uenduntur ſimiles ſerui, tamen peti non poteſt huiuſmodi intereſſe l.pen.ff.ad exhib.l.fin.ff.de oper.ſeruo.l.1.§.ſi quis rem ff.

*rem ff. ſi quid in fraud. patro. d. l. ſi ſeruum, et d. l. pretia, nec quemquam locupletiorem facit, cui adeſt utilitas huiuſmodi, nec pauperiorem facit cui abeſt d. l. 1. §. ſed ſi rem, & d. l. ſi ſeruum, & non eſt proprie intereſſe l. 1. ff. de in lit. iuran. & ſi quando de ea habetur ratio, tunc tota illa ſumma continet in ſe communem eſtimationem & eſt unicum pretium l. ſi tutor ff. de in lit. iuran. & hoc caſu licet poſſit appellari ſingularis utilitas d. l. pretia, tamen utilitas hoc caſu latius patet quam intereſſe, & ſic non eſt intereſſe l. non à iudice ff. de iudic. l. 1. ff. de in lit. iuran. niſi largo & improprio uocabulo, & potius pœna eſt l. ij. & l. ſi tutor ff. eo. ita poteſt procedere opinio glo. & Bart. & ſequacium, tamē inutile eſt hoc, quia de huiuſmodi ſingulari intereſſe petendo, & ſingulari eſtimatione petenda non habetur ratio apud tribunalia iudicum ut ſæpe dixi.*

*Ideo non placet mihi introducere hanc ſubtilem & pernicioſam, & fantaſticā diſtinctionem intereſſe communis & ſingularis, & ita reſideo quod unicum ſit intereſſe, & hoc admiſſo ſequitur alia indubitata concluſio quod in conſtitutione noſtra agitur non de ſingulari, ſed de cōmuni intereſſe ideſt de toto damno & lucro undecunq; obueniente, ut hoc quātuncunq; ſit regulariter non excedat duplum pretij rei in contractum deducte, ſi uero admittimus triplicem ſpeciem eius quod intereſt tunc egrius ſuſtinetur hic ſenſus ad hanc legem datus; & quibuſdam uidetur impoſſibilis ut dixi ſupra.* 23

*Tamen ego puto quod etiam admiſſa communi di* 24

*ſtinctione pro uera, ſcilicet quod intereſſe ſit triplex defendi poßit hoc in loco de eo quod commune uocant tractari, Nam de cõuento quod hic non agatur omnes admittunt, quia non conueniunt uerba conſtitutionis quæ de incerto intereſſe loquitur & per iudicem taxando, hoc autem cum ſit ſemper certum non indiget taxatione iudicis, De ſingulari idẽ dico quia de eo nõ habetur ratio in iure noſtro, ut ſæpe dixi, & loquor de intereſſe ſingularis utilitatis, nam de eo loquitur tex. in d. l. pretia rerum ff. ad l. falc. et in d. l. ſi ſeruũ ff. ad l. aquil. Item potius pœna eſt quam intereſſe l. 1. iuncta l. ij. in uerb. punitur ff. de in lit. iuran. Itẽ raro euenit, ideo ad hæc rara non adaptatur lex l. nam ad ea ff. de legib. Item ex hac ſingulari utilitate nemo intelligitur eſſe pauperior, nec locupletior d. l. ſi ſeruum, Ideo de hac non tractatur, quia hic agitur de damno ex quo diminuitur patrimoniũ l. iij. ff. de dam. infect. l. 1. § ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud. patro. l. pen. ff. ad exhiben. l. ſi quis ab alio in fin. ff. de re iudi. ergo de ea non agitur, ſupereſt igitur ut de intereſſe quod commune uocant hic tractari fateamur, hoc enim proprie eſt intereſſe l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. & de eo habetur ratio d. l. ſi ſeruum.*

25 *Item ſeruatur equalitas, de qua inter contrahentes ſeruanda, multa tradit Cagnol. in l. ij. num. 54. C. de reſcind. uendit. quemadmodum enim hoc iure qui pretium dare debet ad uſuras tantum tenetur l. fin. ff. de peric. & commod. rei uendit. quæ non excedunt duplum l. ſi non ſortem §. 1. ff. de condit. indeb. l. pen. C. de uſur. Ita & qui ad rem tradendam tenetur ad*

*duplum*

*duplum tātum pro intereſſe damnari debet, Item hæc interpretatio conuenit uerbis, & menti legis quæ indiſtincte loquitur de omni damno, & lucro, & de omni eo quod intereſt, non autem de una ſpetie tantū, Item uiget eadem ratio quæ in ſingulari, ut ſcilicet prolixitas uitetur, Item conformatur cum iure digeſtorum u3. cum l. Ticius in fin. ff. de act. empt. quæ de communi loquitur, ut alis dixi. Ideo tenendus hic ſenſus per ea quæ tradit* Bart. *in l. in ambiguo ff. de reb. dub.* Deniq; *dato quod de ſingulari loquatur tamen in eo continetur etiam cōmune, pro ut in ſumma quindecim continentur decem, & ſic omne quod intereſt ad duplum reſtringitur,* Tamen *uerius eſt quod de eo loquitur quod commune appellant, per hoc enim proprietas uerborum attenditur l. non aliter ff. de leg. iij. nam ſingularis utilitas ut ſæpe dixi nō eſt proprie intereſſe, Item nihil corrigitur ex iure digeſtorū per hunc ſenſum, ergo & c. l. ſancimus* C. *de teſtā. l. precipimus in fi. ubi* Bar. C. *de appellat* Item *adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt non autem ad rara, quæ cōtemnunt legislatores l. nam ad ea ff. de legib.* Item *benignior eſt hic ſenſus qui penām minuit ideo amplectendus l. ſi preſes, & l. ſi de interpretatione ff. de pœn. declarat* Bart. *in l. ij. §. exercitum ff. de his qui not. infam.* Dec. *in l. ij. nu. 109. ff. de reg. iur. alia ſuper intellectu huius legis dixi ſuper uerſ. ſancimus in in uerſ. dupli 7. nu. 12.* Et *hæc procedunt etiam preſuppoſito quod triplex ſit intereſſe multo autem magis procedit ſi admittimus quod ſit unicum intereſſe pro ut ſupra defendi,* Nec *obeſt quod is qui moram*

*cõmittit lucrabitur cũ aliena iactura,nã ego preſuppono cãus in qbus nõ fiat locupletior,alioq̃ q̃tenus locupletior factus eſt cũ detrimẽto alterius,eatenus tenebitur l.inde neratius.§.hãc actionẽ ff.ad l.aquil.Itẽ preſuppono multos caſus in quibus ſine mora preſtatur intereſſe, ut dixi in præfat.nu.47.Nec obeſt q̃ moroſo debet imputari,qui debuit ſoluere in tempore,quia nõ eſt tãtum ſcelus quod quis moram committat,ut toto patrimonio exturbandus ſit, & ſatis eſt quod ad duplum condemnetur, Ita enim fert humana natura ut ſperando negligat,& ad unguem non omnia conficiat & humanæ naturæ indulgendum eſt,maxime cum ſit in arbitrio creditoris exigere & actiones intendere, & ſuum conſequi, alioqui debet eſſe contentus pœna moderata ut hic ſentit tex.noſter.*

27 *Licet autem ut dixi intereſſe non ſit triplex,tamẽ pretium eſt triplex ſcilicet commune, conuentum,& ſingulare,& hoc admittunt omnes* Doct. *et precipue* Dec.*nu.*36.*in fin.&* Cagnol.*num.*80. De *conuento nemo dubitat,de hoc enim loquitur tex. inſt. de emp. & uendit.§.pretium, eſt enim illud de quo inter partes conſtitutum eſt,*De *communi loquitur tex. in l.*1. *ff.de act.empt. ibi pretium egreditur ſi pluris interſit quam res ualet, & ibi etiam fit mentio de pretio conuentionali,*De *eodem pretio communi loquitur text. in l.pretia rerum ff.ad l.falc. dum ait quod pretia rerum communiter funguntur ideſt ex communi uſu conſtituuntur,*Idem *probat text.in l.ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & hæc duo ſunt in uſu , ſcilicet conuentum & commune.*

Tertium

*Tertium genus pretij ſcilicet ſingulare eſt illud quod* 28
*ab unica ſeu ſingulari perſona, aut etiam paucis, ob a liquam affectionem, & ſingularem utlitatem conſtitui tur, aut ueriſimiliter conſtitui poſſe ſperatur, puta ſi ſi pater ſeruũ filium magno ſit comparaturus, qui ta men parum a cœteris eſtimatur, Illud appellatur ſin gulare pretium de quo loquitur text. in d.l. ſi ſeruũ ff. ad l. aquil. de eodem loquitur text. in l. ſi cui fun dus ff. de legat. ij. & in l. libertus qui ſoluendo ff. de ben. libert. & in l. ſi in emptionem ff. de minorib. De quo multa uide per Tiraquel. in tract. de retract. fo. 341. nu. 1.*

*De huiuſnodi pretio non habetur ratio in iure no* 29
*ſtro, ita expreſſe loquitur text. in d.l. ſi ſeruum & in, d.l. pretio, & intereſſe non metimur hoc pretio ſin gulari ſed communi pretio, ut alias ſæpe dictum eſt, præterquam in caſibus in quibus iuratur in litem, nã tunc arbitrio actoris etiam ſupra iuſtum pretium fit eſtimatio in pœnam contumaciæ l. i. & ij. & l. ſi tu tor ff. de in lit. iuran. hoc tamen quod amplius iura tur non uocatur intereſſe, ut ſæpe dixi, & ad huc in culco, Quicquid dicant alij qui nodũ in ſyrpo querũt.*

*An autem intereſſe & pretium ſint idem non le* 30
*uis eſt queſtio, glo. utrunq; idem eſſe cenſuit, Pro cu ius opinione multa adducit Soz. in rub. nu. 23. col. 4. & Dec. hic col. 4. in i. lect. nu. 10. & in ij. lect. nu. 35. licet non probent hanc ſententiam, quæ tamẽ ſententia uidetur probari per text. in l. ſi tutor & ibi Albe. ff. de in lit. iuran. ibi pretio i. quanti res eſt litem eſtimari, & hoc tenet Azo. in ſummà huius tit.*

Idem tenuit glo.in l.1.in uerb.interſit ff.de act.empt. & Hoſtien.in ſumm.in tit.de ſent.§. quis ſit effectus in ult.effectu & ſpec. in tit.de fructib. & interes §. intereſſe, & ibi Bald.in addit. & hanc opinionem ue riorem, & communem in practica ſcribit ſalic. col.ij. in fin.refert Rebuff.hic in glo.1.fo.40.nu.2. & ibi pro hac opinione multa adducit, quæ oretenus retuli, nunc non tranſcribo, & ꝓbat Cagnol.nu.80. & 82.

31 Ex quo colligitur quod intereſſe eſt eſtimatio eius quod eſt relictum, & ſic eſtimatio, ſeu pretium, & intereſſe ſunt Idem, diſtinguendo tamen ut hic per Ca gnol.nu.82.

Secundo hoc probat glo.in l.1.C.de his qui a non Domin. ubi intereſſe, & pretium pro eodem ponuntur ſecundum glo.quæ non intellexit illum text. qui expreſſe ponit pretium & intereſſe tanquam diuerſa.

32 Contrarium quod immo differant inter ſe pretium & intereſſe tenet Dyn. in c.mora de reg. iur.lib.vi. & Bart.hic col.vij.uerſ.Dyn. & Alex. conſ.lxvij. uol.ij. & Dec.hic in prima lect.nu.11. & in lect.ij. num.35. & Soz.in rub.col.v.num.35. & Rebuff.in glo.1.fo.42.nu.8. Et hanc magis communem atteſtatur Soz.in rub.nu.24. & Dec.nu.10. in prima lect. & nu.35.in ij.

Pro qua communi opinione facit text. in l. furti in princ.ff.de furt. ubi pretium & intereſſe ponuntur tanquam diuerſa, & in l.1. in princ.ff. de act. empt. & in l.euicta la ſecunda ff.de euict. Quod etiam ex diuerſitate nominis oſtenditur arg. l. ſi idem C. de codicill.

Soz in

*Soz.in rub.nu.37. concordando opiniones ait q̃ ſentẽtia glo. poteſt defendi ſi accipiamus pretium pro eſtimatione damni illati ac lucri amiſſi ut dixi in præfat.nu.41.& in hoc non diſſentiunt* Doct. *Sed ſi accipias pretium proprie,& ſtricte,non eſt uera ſententia glo.aliud eſt enim pretium rei,aliud damni ſeu lucri eſtimatio l.ait lex ff.ad l.aquil.et ita etiam ſentit* Rebuff.*bic in glo.1.fo.42.nu.11.in fin.tamen ipſi ita explicite non declarant,*Ideo *qui petit eſtimationem damni illati & lucri amiſſi recte dicitur petere intereſſe,ſed qui petit rei eſtimationem non petit intereſſe,ſic & qui probat eſtimationem rei non probat intereſſe, quia non ſemper intereſt tanti quanti res eſt,ſed interdũ plus ut in l.1.ff.de act.empt.l.ait lex in fi.ff.ad l.aquil.l.*Iulianus *in fin.ff. ad exhib. interdum minus ut in l. idq;* Iulianum *in princ. ff. de act. empt. et ſic non probat concludẽter arg.l.non hoc* C. *unde cognat.& l. neq; natales* C. *de probat. & hoc dico ſiue res eſtimetur communiter ſiue ſingulariter quicquid dicat* Bart.*hic col.fi.et* Dec.*hic nu.37.col.v.in princ.&* Cagnol.*col.xix.nu.82. &* Rebuff. *in glo.1. nu.9.* 33 34

Hæc *dico niſi aliunde ex proceſſu appareat quod ſua interſit tanti quanti res eſt,quia tũc probata eſtimatione rei probatum erit intereſſe l. ij.§. fin.ff. qui ſatiſd.cog.& in l.inde neratius §.1.ff.ad l.aquil.ubi ait quod in caſu illo ſit ſolummodo eſtimatio pretij, quia hoc ſolummodo intereſſe uidetur & ita poteſt procedere ſententia* Bar.*col.pen.de qua ſupra,*Et *ex bis patet quod pretium non eſt proprie intereſſe niſi* 35

*ex ſubiecta materia aliud ſuadetur, Cuius rei cognitio, nō uidetur leuis momenti, nā ſi admittimus pretium & intereſſe Idem eſſe, iam negari uix poterit, quin etiam intereſſe ſit triplex ſecundum aliquos.*
*Item proderit in intrepretatione ſtatutorum in quibus uerba proprie accipi debent l. iij. §. hæc uerba ff. de neg. teſt. & circa probationes ut dixi.*

36 *His ita tractatis ſupereſt ut uideamus quid ſit intereſſe quod circa rem conſiſtit, ſeu in cauſis corpori coherentibus, Quidq; item ſit quod extra rem obuenit, ita enim diſtingui intereſſe antea docuimus in præfat. nu. 13. & 14. Ex his alterum intrinſecum, alterum extrinſecum a noſtratibus nuncupatur, & cum hac diſtinctione tranſeunt* Bar. *hic col. ij. & col. viij. uerſ. ſed domini & col. ſeq. &* Bal. *num. 67. & 68.* Soz. *in rub. nu. 74. & 77.* Dec. *in rub. in prima lect. col. pen. circa fin. &* Cagnol. *in rub. nu. 19. & hic nu. 102.* Rebuff. *probat & atteſtatur communem in glo. 1. fol. 64. nu. 147. communem etiam atteſtatur* Dec. *in rub. col. pen. probat* Ferret. *fo. 108. num. 27.* Alciat. *cap. vij. nu. 52. fume. cap. iij. nu. 21. & alij cōiter.*

37 *Intereſſe circa rem ego appellabo, id qđ ex re ipſa, ſeu ex corpore ipſo deſcendit & ſiue in re ſit, ſiue rei cohereat, ſeu circa rem uerſetur, id omne circa rem appellabo, quod etiam ſentiunt communiter* Doct. *qui hoc omne intrinſecū nuncupant.* Ego *nō diſputo nunc de ui ac ſignificatione uocabuli & an inter, ſignificat circa, mihi ſatis eſt quod* Doct. *ipſi hoc uocabulum ſibi confinxerunt, & hoc nomine, tam utilitatē quæ in re eſt, quam eam quæ circa rem eſt comprehendunt, ut*

*hic per* Dec. *&* Cagnol. *& alios, ego nõ intra rem, nec intrinſecũ uocabo, ſed circa rem nuncupabo, quo genere loquendi uſus eſt iuriſconſultus in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de actio. empt. id uero quod extra rem eſt ſeu extrinſecus obuenit huic opponetur, & his modis loquendi tanquam minus barbaris ſæpe utar.*

*Itaq; appellatione eius quod intereſt circa rem ſignificabo etiã id quod in re ſeu intra rem eſt, nã quod in re eſt utiq; circa rem eſt, hoc mihi probat tex. in l. ſi alius §. notauimus uerſ. in ſolo ff. quod ui aut clam, ubi dicitur fieri in ſolo quod fit circa ſolum, & circa arbores ſolo cohere͂tes,* Sic *pretium quod ex bonitate intrinſeca naſcitur intereſſe intra rem appellabitur, ut per* Bal. *hic num. 67.* Soz. *in rub. num. 75. & 77.* Bart. *hic col. ix. uerſ. ſol. dic.* Cagnol. *in rub. num. 19.* Dec. *ibi nu. 34. & omnes admittunt,* Hac *eadem ratione cauſas ſeu utilitates corpori coherentes appellabo intereſſe circa rem prout ſecũdũ* Soz. *in rub. nu. 75. & 77. tene͂t* Doct. *cõmuniter, de quibus fit mentio in l. proinde ff. ad leg. aquil. nã quæ coherent ſolo utiq; in ſolo ſunt aut circa ſolum, ut patet ex ſupradictis, facit tex. in l. 1. §. hoc interdictum iuncta glo. in uerb. in ſolo ff. quod ui aut clam.* 38

Tanto *autem libentius hoc efficiam, quia dato etiã quod differant inter ſe, tamen eodem iure cenſentur, per* Dec. *nu. 35. in rub. in ij. lect. &* Soz. *num. 75. & ideo ait* Cagnol. *in rub. nu. 21. quod huiuſmodi cauſe corpori coherentes perinde eſtimantur & in eo quod intereſt ueniũt, ac ſi in re eſſent ſeu ex re immediate,* 39

*& de eo habetur ratio ſecundum* Bart. *hic col. ix. quod etiam firmat idem* Cagnol. *hic in glo. dupli num. 102. col. xxiij. licet ipſe Cagnol. utrobiq; exiſtimet cauſas corpori coherentes differre ab eo intereſſe qđ in re eſt ſeu circa rem, Soz. putat id quod circa rem eſt, differre ab eo quod eſt in re contra communem,* Ferret. *nu. 29. fol. 110. cauſas corpori coherentes ap pellatione utilitatis ſeu intereſſe nõ uenire exiſtimat*

40 *Ego omiſſis ambagibus attento quod idem ius in utroq; ſtatuitur, ſecundum* Dec. *& Cagnol. in loco alleg. utrumq; eodem nomine, hoc eſt intereſſe circa rem appellabo, & hoc mihi probat tex. in l. ait lex in fin. cum l. ſeq. ff. ad leg. aquil. ubi ait quod occiſo ſer= uo quanti intereſt noſtra fit eſtimatio, ſubijcit deinde, quod ideo ſi illum ſeruum ſub pena promiſerim, utili= tas uenit in eſtimationem, item cauſe corpori coheren tes, apparet ergo quod in intereſſe uenit pena pro= miſſa, & ueniunt cauſe corpori coherentes ſecũdum illum tex. qui non põt cauillari, quicquid dicant alij.*

41 I*tem dico quod ille cauſe corpori coherentes, uere dicuntur uerſari & conſiſtere circa rem, non autem extra rem ſunt omnino, per ſupradicta, nam quod rei coheret ſeu coniunctum eſt, utiq; circa rem eſt, et quo dam modo in re eſt, ſentit tex. in l. 1. §. hoc in terdictũ ff. de op. no. nunci. ubi quæ primo appellat opera con= iuncta ſolo, eadem paulo poſt ait in ſolo fieri, quicquid dicant* Bart. *& alij qui putant quod pena & here= ditas, & alia de quibus fit mentio, in d. l. proinde, ſint omnino extra rem, ſed ego dico quod coherẽt rei d. l. proinde, & ſic ſunt circa rem, l. 1. §. hoc interdictum*

*iuncta*

*iuncta glo. & iuncta l. ſi alius .§. notauimus ff. quod ui aut clam.*

*Ex hoc ſequitur quod cauſe corpori coherentes regulariter debentur, nam quæ circa rem conſiſtunt ſolēt preſtari, d.l. ſi ſterilis .§. cum per uenditorem ff. de actio. empt. ſequitur etiam quod pena & hereditas & legatum, & depretiatio ut ita loquar, ſeu deterioratio, ſeu diminutio pretij, comedorum, & quadrige, uno extincto, de quibus fit mentio in d.l. proinde & l. ſeq. ff. ad leg. aquil. continentur in eo intereſſe quod circa rem uerſatur, quicquid dicant* Bart. *& ceteri.*

*Dico itaq; quod intereſſe quod circa rē conſiſtit,* 42 *ſeu coheret rei, continet ea damna & lucra, quæ in ipſa re conſiſtunt, ueluti pretium ex bonitate auctum aut ex deterioratione rei diminutū d.§. cum per uenditorem,* Bart. *col. viij.* Dec. *in rub. in prima lect. col. pen. nu. 11. & in ſecunda lect. nu. 14. col. v.* Cagnol. *nu. 19. & de hoc nemo ambigit, Continet item cetera quæ ex re ſeu occaſione rei immediate proficiſcuntur & corpori ipſi coherent, ita ut ſine eo ſtare non poſſint, Exēplum, extincto ſeruo comedo diminuitur pretium collegarum, quæ diminutio immediate proficiſcitur ex occiſione alterius college, nec fieri poteſt illa occiſio ſine huiuſmodi deterioratione, ſeu diminutiōe ut patet ad ſenſum, Idem dico de gemellis, et de quadrigis, & de pari mularum, de quibus meminit tex. in d. l. proinde ff. ad leg. aquil. nam uno extincto deteriorantur ceteri, ut ibi ait tex. & immediate quidem deteriorantur, & neceſſario, & facta occiſione, ſeu corpore ſublato, ſtatim ſequitur damnum, ideo recte dicitur co=*

*tur co=*

tur coherere rei ſeu corpori et ab eo diuelli nõ poſſe.
43 Exemplum eſt etiã in hereditate aut legato, quod ſeruo obuenit, nam occiſo ſeruo, immediate amittitur hereditas, ſeu legatum, & ſic damnum hoc coheret ſeruo occiſo, & ex occiſione omnino naſcitur, nec habetur in conſideratione quod ſeruus poßit omnino nolle adire, & potius pati ſibi cutem detrahi, ut per glo. in l. cum proponas C. de hered. inſt. quia hoc nõ eſt uериſimile, et debet cõpelli a iudice, l. pen. uerſ. neceſſe ſit C. de iure delib. & in l. 1. §. quid ergo in uerſ. ſed compellendus eſt ff. ſi quis omiſſa cau. teſtam. Idem eſt ſi ego inſtitutus fuero heres ſub conditione ſi ſtichum manumiſſero, nam ſi poſt mortem teſtatoris occidatur ſtichus, deficit conditio propter illam occiſionem, ut ait tex. in l. inde neratius §. idem Iulianus ij. ff. ad leg. aquil. & ſic ex occiſione illa inſurgit damnum hereditatis immediate, ideo recte dicitur coherere rei, d. l. proinde, et per conſequẽs circa rem uerſari, Idem dico de pena in quam quis incurrit ob non ſolutã ſibi pecuniam debito tempore, nam hæc etiam in eo quod intereſt circa rem connumeratur, in d. l. proinde, immo minus dubitatur de pena quam de legato, & ceteris ibi expreßis, cum enim dixiſſet lex id quod intereſt preſtandum eſſe, ſtatim ſubijcit, Ideo pena comiſſa, utilitas preſtabitur, deinde ſubnectit, cauſas coherentes tanquam magis dubitabiles, & de pena extant alia reſponſa, u3. in l. ſeruus ff. de ſeruis exportandis, & in l. nummis ff. de in litem iuran. & in l. liber homo in fi. ff. de uerbo. oblig. adeo ut dubitari non oporteat, quin huiuſmodi pena debeatur quæ non al's commiſſa fuiſſet,

*fuiſſet, quam ſi moram mihi feciſſes l. inficiãdo §. 1. in uerb. neceſſe ff. de furt.*

Et hoc modo intellecta opinio ultramontanorum 44 poſſet defendi, dum aiunt quod intereſſe intrinſecum ſemper comitatur rem quocunq; ambulat, uolunt dicere quod ex illo facto, puta ex occiſione, ex contumatia exhibendi, ex mora ſoluendi, ſeu tradendi, immediate exoritur ſeu reſultat damnum illud, quod contigit, non al's euenturũ, & lucrum ceſſat non al's ceſſaturum, Et ideo non al's puto penam eſſe preſtandam, niſi ex mora mihi facta, neceſſario incurri in penam illam, puta ſi promiſſeram ticio ſub pena quod ſempronius meus debitor illi pecuniam ſoluiſſet certa die, hoc caſu non ſoluente ſempronio committitur omnimodo pena, & ex mora ſempronij neceſſario pena incipit deberi, ideo in eſtimationẽ eius quod intereſt uenit, Ita ꝓcedat tex. in d. l. liber homo in fi. ff. de uerbo. oblig. et quod tradit Soz. in conſ. 156. circa fin. nu. 20. uol. ij. dum loquitur de culpa preordinata ad dãnum, Hoc mihi exprimit tex. in l. inficiando §. 1. ibi ſufferre eã neceſſe fuit, ff. de furt. & in l. nummis in fi. ff. de in litem iuran. & in l. iij. §. fin. in uerb. mora tua ff. de eo quod certo loco, Idem eſt ſi alia ratione potui proſpicere quo minus pena comitteretur, quid enim ſi pecuniam in arca ocioſam habeam, nec interſit creditoris mei a quo ſoluatur, profecto ego debeo ex ocioſa pecunia debitum ſoluere, quod ſi nõ fecero, pena commiſſa, mihi imputabitur, non meo debitori, qui ad diem non ſoluit, quia licet moram fecerit, tamen ex huiuſmodi 45 mora immediate, & neceſſario nõ eſt ſubſequuta pene

cõmiſſio,

*commiſsio, ſed ex mea auaritia, ideo poteſt dici quod qui culpa ſua damnum ſentit ſibi imputet l. quod quis ff. de regul. iur. cum ibi cumulatis per Dec. & Cagnol. Si uero aliunde non poſſum ſoluere imputabitur debitori, quia tunc negari nō poteſt quin ex mora debitoris omnino, & neceſſario proficiſcatur damnum huiuſmodi, ſeu pene commiſsio, Ideo damnum ſarciēdū eſt, quia qui cauſam damni dat damnū dediſſe uidetur l. qui occidit §. in hac & ibi glo. allegat. concordan. ff. ad leg. aquil. c. fin. extra de iniur. & ita intelligendus eſt tex. in d. l. proinde ff. ad leg. aquil. dum de pena loquitur, & tex. in d. l. liber homo §. fin. ff. de uerbo. oblig. & tex. in d. l. ſeruus ff. de ſeruis exportan. & tex. in d. l. nummis ff. de in litem iuran.*

*Ita etiam meo iudicio procedunt cetera exempla de quibus in d. l. proinde & in d. l. inde neratius, licet non ita declarent Doct.*

46 *Qua in re illud etiam non eſt omittendum quod huiuſmodi lucra & damna de quibus habetur ratio in intereſſe, non ſemper dicuntur in re aut ex re eſſe ſeu uerſari, immo ſepe ob rem & propter rem contingere dicuntur, & tamen debentur, ita loquitur text. in d. l. inde neratius, ibi propter occiſionem defecit cōditio ff. ad leg. aquil. & in l. fin. in princ. ibi ſi quid ob eam rem amiſerit actor, ff. de eo per quem factū erit quomi. quis in iudi. ſiſt. & in l. Iulianus §. fin. ibi amiſſe ſunt ob hoc quod non exhiberetur ff. ad exhiben. et in l. ſed & ſi in princ. ibi hereditas amiſſa ſit ob hoc quod ſeruus nō exhiberetur & alibi ſepe hoc genere loquendi utuntur ueteres iuriſconſulti.*

Ex quo

Ex quo confunditur id quod hoc in loco tradit 47
Bart.col.viij.uerſ. cuius gratia, quem ſequitur Dec.
in rub.col.pen.nu.11.in prima lect. & col.v.nu.35.in
ſecunda lect. & Cagnol.col.vij.nu.19. et cõmuniter
Doct. de dictione ex & ob, & propter, nam quo ad
hanc materiam attinet, nihil refert an ex re ſit, an ob
rem, an propter rem, dum tamen neceſſario proueniat
occaſione rei per ſupra dicta, quicquid dicant Doct.

Ex is quæ hactenus tradita ſunt intelliximus quæ 48
ſit utilitas, ſiue quod ſit intereſſe circa rem cõſiſtens,
ſeu corpori coherens, ſeu ob rem & propter rem ob-
ueniens.

Ex quo etiam reſultat cognitio eius quod extra rem
intereſt, nam cognito uno de contrarijs cognoſcitur
aliud l.1.in prin.ff. de his qui ſunt ſui uel alieu. iur.
cum ſimilib.

Illud ergo dicimus extra rem intereſſe quod re- 49
motum eſt & ſeparatum omnino a re ipſa, tametſi oc-
caſione rei obuenerit, quod tamen neceſſario non eue-
nit, puta quia alia ratione proſpici potuit, nec imme-
diate ex ipſo facto proſiſciſcitur, & de hoc nemo am-
bigit, exemplum in ſeruis fame peremptis, & de lu-
cro quod mercando potuit fieri, de quibus ſit mentio
in l. ſi ſterilis § cum per uenditorem ff. de actio em-
pt. nam ex mora debitoris non ſequitur neceſſario,
mors ſeruorũ, potuerunt n. aliqui ex his uendi aut pi-
gnori dari, ut ex pretio ceteri paſcantur, & ſic ne-
ceſario non infertur mors ſeruorum ex tritico nõ da-
to ſeu ex mora debitoris.

Item huiuſmodi mora immediate non tendit ad hoc

*ut ſerui fame moriantur.* Idem *de lucro, quod mercã do fieri potuit, nam lucrum huiuſmodi non naſcitur immediate ex pecunia debita, ſed ex induſtria mea, mi niſterio tamen pecuniæ, & ſic pecunia ipſa non parit hoc lucrum, nec eſt neceſſarium hoc lucrum, nam mul ta accidere poſſunt propter quæ quis non lucretur e= tiam habita pecunia, deniq; ex induſtria naſcitur ut dixi, hæc ergo quæ non neceſſario obueniunt ſed ex occaſione quadam contingunt, dicuntur extra rem, et hec regulariter non debentur, ita procedat text. in d. l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de action. empt. & l. fin. ff. de pericul. & commodo rei uendit. & l. iulianus in princ. ff. de action. empt. exemplum e= tiam poni poteſt in eo qui ouile facere tenebatur, quo non facto oues mortue ſunt frigore, aut a lupo cõſum pte, hoc enim extra rem eſt, de quo meminit* Rebuff. *hic in glo, 1. fo. 65. nu. 149. ponit etiam exemplum de libris ſcholari non traditis quamobrem ſtudio in= cumbere non potuit, potuit n. ſtudendo euadere uir e gregius, &* Bartolum *forte equare, hoc inquit extra rem eſt, & de eo ratio non habetur, probat expreſſe text. in l. ad exhibendum ff. ad exhiben. qui irridet eum qui petebat intereſſe ob libros non exhibitos, ex quibus doctior euadere potuit, ſed hoc alia ratiõe pre ſtandum non eſſe mihi uidetur, quia hoc eſt intereſſe affectionis, ſeu ſingulare, & ineſtimabile, de quo non habetur ratio ut ſepe dixi, et dicã, per text. in l. pre tia rerum & ad l. falcid. & in l. ſi ſeruum ff. ad leg. aquil. & l. 1. § ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud. patro. & d. l. ad exhibendum.*

Aduerte

ADuerte etiam quod licet Bart. hoc in loco 51
col. ix. in princ. uerſ. hoc premiſſo, dicat quod fructus in eo intereſſe numerantur, quod circa rem eſt, ſeu intrinſecum. quia ex re ipſa proficiſcuntur, Tamen uerius eſt quod appellatione intereſſe non ueniunt fructus, ſed cauſe nomine continentur ita hoc in loco tradit ferret. fo. 109. nu. 28. per text. in l. preterea ff. de rei uẽdic. et in l. equis ff. de uſur. & glo. in rub. eiuſdẽ tit. niſi largo ſumpto uocabulo, ut in l. uenditor ff. de euictio. & in l. loci. §. in confeſſoria ff. ſi ſeruit. uendi. quomodo autem hi debeantur, uide tex. in l. uideamus la. 2. ff. de uſur. & tex. in l. ſi filius fam. §. 1. & in l. ſi fundus ff. de uerbo. oblig. & tex. in l. ſi ſtipulatus ff. de uſur. Bal. in l. 1. C. de fructib. & litis expen. & Pet. de ferra. in ſua practi. in libell. de action. real. in uerb. ſimul cũ fructib.

Item fallitur Bart. hic col. viij. uerſ. ſed dñi & 52
uerſ. & id eo glo. dũ ait quod hereditas delata ſeruo dicitur extrinſecũ intereſſe, cuius errorem ſequitur Rebuff. fo. 65. in glo. 1. nu. 149. & Cagnol. in rub. nu. 21. dum ait quod omnia exempla de quibus fit mẽtio in l. proinde ff. ad leg. aquil. ſunt exempla extrinſeci intereſſe, & expreſſe nu. 146. & Alciat. hic & male, nã ſunt de his cauſis quæ corpori coherent, & ſic circa rem conſiſtunt, ut dixi paulo ante.
Idem dicit de uſucapione Bart. col. x. circa fin. uerſ. quoddam, ſed fallitur ut dixi, tex. eſt in l. fi. in princ. ff. de eo per quem fact. iuncta l. ſi ſeruum in uerſ. amiſiſſe ff. ad leg. aquil.

53 Sane omnes conueniunt quod etiam ea quæ circa rẽ obueniunt occaſione rei,debentur pinde ac ſi intra rem conſiſterent, ut hic per Bar.col.viij. circa med. uerſ.itẽ quero Dec.in rub.in prima lect.col.pen.nu. 11.& in ſecunda lect.col.v.nu.34.& Cagnol.num. 19.& cõmuniter Doct.tradunt.exemplum in l.proinde ff.ad leg.aquil. Ideo cum conueniant in effectu, ego qui ſuper uerbis inutiliter diſputare nolo, non inſiſtam diutius, an hæc inter ſe differant in re circa rem, & rei coherentes cauſe, de quibus ſupra late tractatum eſt.

## INDEX IN VERS. DVPLI QVANTITATEM MINIME EXCEDERE.

DVPLVM Tantum preſtandum eſt num.1. minus tñ preſtari poteſt,ſi minus interſit nu.1.
Duplicari quid debeat nu.2.& 3.9.10.
Precium rei computatur in duplo num. 4.
Lucrum computatur in duplo num.5. & omne quod intereſt ibid.
Singularis utilitas non uenit in duplo num.5.
Affectio non auget eſtimationem num.5.
Damna extrinſeca non ueniunt in duplo num.6.
Communis eſtimatio duplicatur quando pretium conuentum nullum ſubeſt num.7.
Memoria in libro an eſtimanda num. 8.9.
Sigularis utilitatis nulla ratio habetur num.9.
Duplicatur pretium conuentum num.2.& 3.etiam ſi minus ſit quam commune nu.12.

Pretium

*Pretium quanti plurimi totum nõ debetur ſi excedat duplum num.12. & 13.*

*Regula quod intereſſe non excedit duplum multas declarationes recipit à nu.14. uſq; ad fin.*

*Incerti agitur ad intereſſe, tamen duplum non exceditur num.18.*

*Duplũ non exceditur, licet ad incertũ agatur nu.18.*

*Pretium quãti plurimi duplum non excedit num. 20.*

*Lite conteſtata omnia damna debentur num.21.*

*Reſtituere quid ſignificet num.23.*

*Quanti ea res eſt duplum excedit num.24.*

*Iurans in litem duplum non excedit, num.25.*

*Iurari in litem ex culpa an poßit num.26.*

*Duplum in arbitrarijs exceditur num.27.*

*Arbitraria actio duplum excedit num. 27. communiter contra num.27.*

*Vſuræ duplum non excedunt, & quomodo num. 27.*

*Fructus omnes preſtantur num. 28.*

*Interdicta duplum excedunt num.29.*

*Mercatores totum ſupra duplum exigunt nu.31.32.*

*Singularis utilitas an mercatoribus preſtetur nu.31.*

*Quantum equum iudici uidebitur num.31.*

*Conuentum intereſſe totum preſtatur ſupra duplum num.33. Quod pluribus modis declaratur uſq; ad num.38.*

*Pœna pro intereſſe promiſſa tota debetur nume. 33. uſq; ad num.38.*

*Quantitas promiſſa in fraudem uſurarũ qñ dicatur & qñ non, & qñ debeatur num. 37.38.39.40.*

1 AIT text. quod intereſſe non poteſt excedere duplum,ideſt condemnatio quæ ſit pro eo quod intereſt non poteſt duplum egredi, concordat text.in l. Ticius in fin. cum l.ſeq.ff. de act. empt. ſecundum ſenſum quem tradidi ſupra in uerb.ſancimus num.7. cum mult.ſeq.concordat text.per locum à ſpeciali in l.iij.§.fin.ff.de eo quod cert.loco,probat Soz.col.iij. num.14.& 16. Caue tamen ne credas quod in omni caſu.duplum omnino ſit preſtandum, nam non ait lex quod duplum omnino preſtetur ſed ait quod plus non debet preſtari,minus ergo preſtari poterit, ſi minus intererit,& ſic citra duplum tantũ preſtabitur quan tum probatum fuerit,tradit Cagnol.hic col.v.nu.29. in iiij.not.probat etiam Rebuff. in vi. not.nu.1.fol. 26.& hoc non habet dubium.

2 Ratio autem quare potius ad duplum quam ad tri plum,aut ad aliam ſummã fuerit limitatum ſupra per me tradita eſt,in princ.nu.iij.quedam etiã tradit Re buff.in v.not.quæ omitto, quia res eſt leuis mométi.

2 Quid ſit autem id quod duplicari poteſt contendũt Doct.uera tamen & crebrior ſententia eſt,quod pre tium conuentum attendatur & duplicetur, Ideo ſi uendita ſit domus pretio uiginti aureorum,quæ tamẽ ualeat communiter quindecim, in intereſſe eſtimando non duplicabuntur quindecim, ſed decem, & ſic fiet condemnatio in xx. tantúm,non autem in triginta, ſi uero nullum ſit pretium conuentum & nulla certa ſumma inter partes conſtituta,duplicabitur communis eſtimatio ipſius rei ſeu corporis in contractum deducti, Hæc fuit ſententia Placentini gloſſatoris, quam probat

*probat ſalic.col.vij.* & *Curt.col.xx.* & *Dec. col.x. nu.71.* & *Alciat.cap.v.prope fin.et Cagnol.col.xiij. num.57.ubi appellat hanc ſententiam communem* & *uerißimam,* & *idem Cagnol.nu.97.*

*Hanc mihi probat text. noſter, dum uult duplari quantitatem in caſibus qui continent certam quanti tatẽ, Duplicatur ergo illa certa quantitas, quæ uerſatur in contractu,* & *ſic certum pretium, ſi ſit conſtitutum, ſin minus duplicabitur cõmune pretium rei ſeu cõmunis eſtimatio, Probat etiam text.in l.Ticius cũ l.ſeq.ff.de act.empt. ubi ſeruus paruo pretio uenditus creuit in immenſum, tamen duplicatur tantum illud paruũ pretium, Probat etiam tex.in l. cum fundus uti optimus ff.de euict.dum ait quod emptor duplo amplius quam emit conſequi non debet, facit tex. in l.prætor la ſecunda §. hæc autem ff. ui bon. rapt. et l.in furti ff.de furt.et l.1.ff.de act.empt.in princ.* & *hanc ſententiam ſequor, licet pleriq; contrarium ſenſerint.* 3

*Intellige autẽ quod in hoc duplo computatur ſimplum pretij,* & *ſic non debetur duplum ſupra pretiũ, hoc enim eſt generale quod quando lex adijcit pœnã per nomina multiplicatiua, puta duplum, triplum, quadruplum,* & *ſimile, in dubio in eſt ſimplum ideſt rei ipſius perſecutio, ſeu eſtimatio l.ſi quis* & *ibi glo.ff. de calumniat.l.hoc edicto §.fin.* & *l.licitacio §.quod illicite ff.de publica.* & *uectig.l.is qui predia ff. ad l. Iul.pecul.* & *ſic pretium rei conuentum computatur in duplum l.ſi ſterilis §.cum per uenditorem ff.de act. empt. Item continetur omnis utilitas quæ circa rem* 4

*conſiſtit d.§.cum per uenditorem, hoc eſt cauſæ corpori coherētes l.ait lex in fin.& l.proinde & l.ſeq. ff.ad l.aquil.& ibi ſunt exēpla,hæc enim omnia computantur in duplo communiter eſtimata l.ſi ſeruum ff.ad l.aquil.* Deniq́; *omne damnum & lucrum computatur in duplo,ut hic ait text.& tex.in l.ſi ſeruū in fin:ff.ad l.aquil.& in l.ſi commiſſa ff.rē rat.habe. & omne quod intereſt dūmodo conſiſtat in commodo pecuniario l.1.§.ſed ſi rem,uerſ.& ał's uideamus ff. ſi quid in fraud:patro.ſingularis utilitas non uenit in duplo,nec itē in eſtimatione,per tex.in l.pretia ff.ad l.falc.in uerb.utilitate ſingulorum,et in d.l.ſi ſeruū quicquid dicant* Doct. *nec affectio, ut fatentur hoc in loco communiter* Doct.*per tex.in d.l.1.§.ſed ſi rē, & in l.fin.ff.de oper.ſeruo.& d.l.ſi ſeruum ff.ad l. aquil.& d.l.pretia ff.ad l.falc.*

6 *Item in hoc duplo nō ueniunt detrimenta quæ extrinſecus obueniunt, ut ſunt mortes ſeruorum fame necatorum,lucrum ue quod ex negotiatione fieri potuit,nō dico quod hæc tota preſtentur ſupra duplum, ſed quod regulariter de his nulla habetur ratio, ideo nec ueniunt in duplum, nec augent eſtimationem d.l. ſi ſterilis §.cum per uenditorem ff.de act.empt.l.fin. ff.de contrah.empt. talis eſt etiam ruina edium ſuper trabe uitioſa edificatorum, talis eſt interitus pecorū ex contagione pecoris morboſi peremptorū,de quibus loquitur tex. in l.* Iulianus *in princ. ff.eo. hæc enim regulariter non preſtantur d.l.fin. & d. §. cum per uenditorem,* An *autem in caſibus in quibus ſolet haberi ratio de huiuſmodi intereſſe debeat reſtringi ad*

*duplum*

*duplum uidebimus inf.*

*Intellige etiam quod pretium quo res empta eſt du plicetur, quando pretium ipſum certum eſt, prout re- gulariter fit in emptionibus & locationibus inſt. de emptio. & uend. §. pretium inſt. de locat. in princ. & ſic inſpicitur tempus contractus Cagnol. hic nu. 123. in fin. Si uero ſumus in cãu in quo nullum certũ pre tium conſtet, nullaq; certa quantitas pecuniæ in con- tractum deducta ſit, hoc caſu duplicabitur communis eſtimatio ipſius rei in cõtractum deductæ, exemplum, res in contractum deducta communiter ualet decem, duplicabuntur illa decem pro eo quod intereſt, & ſic intereſſe poterit aſcendere ad xx. tantum, non am- plius, Hanc ſententiã probat Plac. gloſſator, & ſalic. & Curt. & Dec. & Alciat. & Cagnol. in locis pro ximè allegatis, & ego admitto, ſed in eo diſcrepamus quia Doct. communiter tenent ꝙ iſtud intereſſe, quod duplicatum eſt, ſit ſingulare, Exemplum liber in quo ego ob diuturnum ſtudium memoriam localem conſti- tueram, communiter ualet aureum unum, pluris tamẽ mea intereſt, & quidem magni intereſt ob hanc memo riam, & ſic ob hanc ſingularem qualitatem, fiet tamẽ condemnatio tantum ad ſummam aureorum duorum, ſentiunt ergo Doct. quod preſtabitur pretium ipſius rei principalis, Item ob ſingulare intereſſe illud dupli cabitur, preterea ſi quid ex circunſtantijs ulterius in tererit, hoc totum preſtabitur, Quid enim ſi ſit pars una pandectarum, propter quã depreciate ſunt cetere partes: hoc etiam preſtabitur ſupra duplum l. proinde ff. ad l. aquil.*

9 Ego alias ſæpe inculcaui, & adhuc repeto quod nulla ratio habenda eſt de eo intereſſe quod ſingulare uocatur, Ideo dico quod liber ille aureo uno eſtimabitur, de memoria non habetur ulla ratio l. pretia rerũ ff. ad l. falc. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. Ideo nihili eſtimabitur, Tamẽ in eſtimationem ueniet id quo depreciatæ ſunt ceteræ partes d. l. proinde & ſi forte huiumodi depreciatio excedat alterum aureum, totum non imputabitur, ſed ſumma redigetur ad duplum, & ſic intereſſe quod ſupra pretium conuentum ex circunſtantijs uenit, illud eſt quod in duplo computatur, & ad duplum redigitnr, ſoluetur igitur uerum libri pretiũ, et ſi quid deinde ex circunſtantijs ideſt ex cauſis corpori coherentibus, damni aliquid ſenſero, de eo etiam habebitur ratio uſq; ad ſummam alterius aurei tantũ

10 non amplius, Idem dico de gemellis, & quadrigis, & comedis de quibus fit mentio in d. l. proinde, nã depreciatio illa quæ in cæteris corporibus collegis obuenit, non debet excedere duplum pretij corporis perempti, hanc ſententiam licet non ita explicet tenet Curt. col. xvij. & Dec. col. xij. in fin. nu. 87. & alibi ſæpe hoc loco inculcat, & Ferret. & alij qui unicum intereſſe aſtruunt, & de ſingulari rationem non eſſe habendã arbitrantur, & uerißima eſt, Diſplicet tamen hæc ſententia glo. Bar. Bal. ſalic. & Soz. & pleriſq; alijs maxime Cagnol. qui late contrarium tuetur nu. 59. uſq; ad nu. 64.

11 Intellige etiam adeo ueram eſſe hanc communem ſententiam, qua traditum eſt pretium conuentum duplicandum eſſe, ut etiam procedat quando commune

pretium

*pretium maius eſt conuento, & ſic quando utrumq; concurrit, tam conuentionale, quam cõmune, nam nihilominus duplicabitur tãtum conuentum quod minus eſt, nam text. noſter ait quod duplicatur certa quantitas contenta in contractu, & eſt crebrior ſententia ut per Cagnol. hic nu. 57. hoc mihi exprimit text. in d. l. Ticius in fin. cum l. ſeq. ff. de act. empt. ubi pretium commune maius eſt conuento, nihilominus attenditur conuentum, hoc idem ſentit Dec. nu. 37. dum ait quod pretium quanti plurimi totum nõ debetur ſi excedat duplum pretij conuenti.*

*Quæ ſententia diſplicet Rebuff. fo. 83. num. 2. & fo. 84. ubi ait quod domus pro decem uendita quæ ualebat quindecim, tota duplicatur, & ſic duplicantur quindecim, non autem decem, ſed communis opinio & uera eſt in contrarium quod immo ſola decem duplicentur ut hic p Cagnol. qui alios allegat nu. 57. Sed in hoc diſſentio quod ſecundum communem ſententiã Doct. etiam debebũtur illa quinq; quæ ſuperſunt poſt pretium conuentum, & hæc quinq; debebuntur tanquam precium commune, & ſic non computabuntur in ſingulari, nec uenient in duplicatione, tamen ut dixi preſtanda erunt, & uenient in cõdemnationem ſupra pretium conuentum, & ſupra ſingulare intereſſe, Quod ego non admitto, quia ut ſæpe dixi ſingulare intereſſe non preſtatur, Dico itaq; quod in caſu propoſito illa quinq; preſtabuntur quaſi intereſſe, & ueniunt in computationem dupli, & ideo ſi aliunde ex aliquibus alijs cauſis amplius intererit omnia miſcebuntur, & uenient in eſtimationem, ita ut duplum nõ* 12

*excedant ſecundum hanc conſtitutionem, Ex his ſequitur quod pretium quanti plurimi non debetur niſi uſq; ad duplum pretij conuenti de quo dicam inf. in uerſ. quod re uera nu. 20.*

14 *Hæc regula quod intereſſe non excedat duplum recipit multas declarationes.*

*Dic itaq; quod procedit in caſibus certis, ſcilicet qui continent certam quantitatem, certam ue naturam ſecus in incertis, dixi ſupra in uerſ. in omnibus, & in uerſ. certam quantitatem.*

15 *Secundo procedit in intereſſe communi, hoc eſt in omni damno undecũq; reſultãte, hæc enim omnia quãtacunq; ſint, non excedunt duplum pretij conuenti, quicquid dicãt Doct. qui de ſingulari intereſſe hic agi exiſtimant, ſuper quo non inſiſto, quia al's ſæpe ad ſatietatem tractatum eſt, & dicam inf. in uerſ. quod re uera num. 7. & 8.*

*Tertio procedit in omnibus contractibus ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſint ſtricti iuris dixi ſupra in uerſ. in omnibus, Ideo amplius non repeto.*

*Quarto intellige ut ſupra eod. nu. 7. & 11. & inf. in uerſ. etiam ex lucro num. 10. & num. 13. & ut dixi in uerſ. in omnibus nu. 27. 28.*

16 *Quinto procedit in delictis ſecundum communem ſententiam Doct. intelligendo & declarando ut dixi ſupra in uerſ. in omnibus nu. 16.*

*Sexto procedit non ſolum in damno, ſed etiã in lucro ut hic expreſſe ait tex. & ſic duplum non poteſt excedi, qua rõne improba eſt, & impia Cagnol. ſententia quã hic refert nu. 46. col. ix. in fin. in Taurinis latã, qua*

*qua pronuntiatum fuit ſummam M.cc. aureoum ſpatio 25 annorum ad ſummam xxiij. millium aureorum aſcendiſſe.*

*Septimo procedit etiam ſi in obligatione contineatur rem certam tradi, nam hoc caſu intereſſe non excedet duplum, ſecundum glo. in uerb. contractib. quam concluſionem cõmuniter reprobant* Doct. *quia ſtipul. in qua continetur certum fundum tradi eſt incerta l. ſi rem tradi & ibi bart. ff. de uerborum obligat. & in l. ſi fundum certa die eod. tit. & not. in l. ſtipulanes non diuiduntur ff. de uerb. obligat. & in l. 4. ff. de uſur.* Itaq; *cũ ſit caſus incertus uidetur quod poſſet excedi duplum,* Rebuff. *hic in glo. contractib. nu. 5. fo. 83.* 17

*Aduerte quia hæc cõſtitutio nõ loquitur de caſibus certis in quibus agitur ad certum, ſed de his qui continent certam quantitatem uel naturam, poteſt ergo eſſe caſus in quo agatur incerti, & tamen continebit certam quantitatem l. liber homo §. fin. ff. de uerb. oblig. deniq; ſemper agitur incerti, quando agitur ad intereſſe d. l. liber homo, & tamen non excedit duplũ per hunc text.* Ideo *attenta generalitate uerborũ forte defendi poteſt contrarium quod etiam hoc caſu duplum non excedatur, reſtringit. n. omnes caſus qnos poßibile eſt reſtringi, ut hic ait text. in princ. nemo autem dubitat quod hic caſus eſt reſtringibilis, ergo poteſt comprehendi, & hæc ſententia eſt benignior, ut uitetur infinitas, tamen cogita.* 18

*Octauo non procedit ſecundum* Doct. *in his damnis quæ extra rem, ſeu extrinſecus obueniunt. hæc*

*.n,*

.n.ſecundum eos non reſtringuntur ad duplum,ſed tota debētur,ſi contingat caſus in quibus habeatur ratio de intereſſe extra rem,uidelicet in arbitraria actione l. iij. in fin ff. de eo quod cert. loc. ubi glo. hoc exprimit,& ſequitur bart. etiam quando ſubeſt dolus ut in l. iulianus in princ. ff. de act. empt. quod in his exemplis ego admitto, An autem extra hos caſus totum intereſſe extra rē ſit preſtandum ambigit Dec. hic col. x. in princ. nu. 70. Cagnol. ponit regulam q̧ ſic nu.102. Rebuff. contra fo.96 .nu.6. tamen regulam hanc negatiuam multis exornat limitationibus a nu.65.uſq; ad nu. 77. dicam inf. in uerſ. etiam ex lucro nu. 61.

20 Nono ſecundum Doct. non procedit in pretio quanti plurimi, nam ſecundum eos etiam ultra duplum totum debetur, Doct. hic & in l. uinum ff. ſi cert. pet. Ego contrarium uerius puto loquendo de pretio preterito amplius non durante, nam uſq; ad duplum tantum pretij conuenti preſtatur, ſecundum ueriorem ſētentiam quam probat hoc loco Dec.nu. 87. per text. in l. Ticius in fin. ff. de act. empt. & per text. noſtrū qui generaliter loquitur, & omne omnino quod intereſt reducit ad duplum, procedit tamen opinio cō munis uno caſu quando pretium ad huc durat tempore petitionis, nam aut res aut totum pretium preſtabitur quantuncunq; eſt, ſecus ſi petatur pretium preteritum nō amplius durans, de qua re uidebimus inf. in uerſ. quod re uera nu.20.

21 Decimo non procedit in his quae occurrunt poſt litem conteſtatam l.ij. ff. de uſur.l. iij.§. in his, & l.

*uideamus §. ſi actionem ff. eo. & l. Ediles §. item ſciendum ff. de edil. edict. dicam inf. in uerſ. etiam ex lucro num. 56.*

*Vndecimo non procedit quando quis tenetur reſti* 22
*tuere, uel exhibere, tunc diſpoſitio ſeruatur de qua in l. preterea ff. de rei uendit. l. reſtituere 1. & 2. ff. de rei uendit.*

*Duodecimo non procedit in caſu in quo* Reus *ſit* 23
*locupletior ex mora ſua ultra duplum, tunc .n. ſupra duplum tenetur, quatenus locupletior factus eſt l. inde neratius §. hanc actionem ff. ad l. aquil. l. nam hoc natura ff. de condict. indeb.*

*Tertiodecimo nõ procedit q̃n̄do quis tenetur tan* 24
*tum preſtare quanti ea res eſt, nam tunc attenditur ueritas ipſa, & totum preſtatur etiam ſupra duplum, uide ea quæ dixi in princ. num. 53.*

*Quartodecimo non procedit in caſibus in quibus* 25
*iuratur in litem l. uideamus §. iurare ff. de in lit. iuran. ubi in infinitum iuratur l. nõ à iudice ff. de iudic. l. qui reſtituere ff. de rei uendic.* Doct. *tenent communiter contrariũ, hoc tenet glo. in uerb. contractib. quæ ait quod limitatur tit. de id litem iuran. ut ſupra duplum non iuretur, nec fiat condemnatio ut tradit* Rebuff. *hic fol. 83. in glo. contractib. nu. 4.* Bart. *hic col. uerſ. ſumus expediti,* Dec. *nu. 69. & ſequuntur communiter* Doct. *ut hic per* Rebuff. *fo. 54. nu. 89. in glo. 1.* Alex. *&* Iaſ. *in l. uideamus §. deferre col. 2. ff. de in lit. iuran.*

*Suſtineri poteſt communis opinio quando iudex ita* 26
*taxauit, eſt n. hoc in eius arbitrio l. uideamus §. ſed*

*an iudex*

*an iudex ff.de in lit.iuran.Ita tenet hoc in loco* Dec. *nu. 69.* Item *ſuſtinetur quando ex culpa tantum iu-ratur l. pen. ff. eo. ſi tamen ex culpa ſine dolo iura-ri poteſt,ut per* Dec. *in l.in actionibus nu.12. & nu. 17.ff. de in lit. iuran. alias autem puto quod ad huc uiget text. in l. uideamus §. iurare ff.de in lit.iurã. ut dixi ſupra in uerſ. ſancimus.* Quicquid *dicat* Re-*buff. fo.55. nu.94. & poſt* Fulg. *probat* Alciat. *hic cap. v.*

X V Item *non procedit in arbitrarijs ratione lo-ci text. in l.iij.§.fin.ff. de eo quod cert.loc. ubi id ꝙ intereſt uenit in iudicium etiam ſupra legitimum mo-dum uſurarum,hoc eſt ſupra duplum, quia legitimus modus uſurarum eſt duplum ſortis principalis l. pen. C. de uſur.l. ſi non ſortem §. 1.ff. de cõd.ind.& hoc tenere uidetur* Dec. *num. 70.*

Contrarium *tenent communiter* Doct. *quod immo in omnibus arbitrarijs hodie duplum non excedatur glo. hic in uerb. contractib.* Dec. *nu.69. ubi atteſta-tur communem,not. bart.in l. in actionibus col.3.ff. de in lit. iuran. ſed hoc non poteſt ſuſtineri niſi faten-do ꝙ hæc conſtitutio corrigat d.l.iij.§. fin.& l.uidea-mus §. iurare ff. de in lit.iuran.* Quod *mihi non pla-cet ut dixi in uerſ. ſancimns.* Ideo *hodie ſupra duplũ preſtabitur damnum totum in arbitraria actione d. l. iij.§.fin.& hoc utile eſt pro mercatoribus quod etiã ſentit* Ferret. *fol. 117. nu. 31.*

Dum *autem dixi quod uſuræ non poſſunt excedere duplum,intellige hoc procedere, ſi per quamplures an-nos cucurrerint uſuræ,& ad magnam ſummam aſcen-*

derint,

*derint, nam hoc caſu nihil debebitur ultra duplum ſortis, Igitur idem erit in intereſſe per plures annos multiplicato. Quicquid dicat hic Cagnoll.nu.45. & nu. 46. Caue autem ne intelligas quod ſingulo anno duplum nomine uſurarum deberi poßit, Immo parua ſumma ſtatuta eſt in l. eos C. de uſur. uidelicet ſemiſſes uſuræ 1. ſex pro centenario ſingulis annis*

28 *Decimoſexto non procedit in fructibus qui ut fructus non autem ut intereſſe preſtantur, omnes enim preſtantur l.fructus ff.de rei uendic. hanc differentiam ſentit Emyl.ferret.in tract.de mora fo.49. nu.39.poſt Bart.col.x.uerſ.quoddam.*

*Decimoſeptimo non procedit in caſu in quo per retentionem ſuccurritur ueluti quando dñus uendicat rem melioratam à bonefidei poſſeſſore, tunc ſeruatur diſtinctio, de qua in l.in fundo ff. de rei uendic.*

29 *Decimo octauo In interdictis non procedit hec cõclusio l.1.§.nõ ſolum ff.de ui & ui armat.l. in interdicto eo.tit.l.ſi duo §.fin.ff. uti poßid. tradit glo. in uerb.contractib.ſed eam reprobant Doct. quia in his agitur de reſtituenda poſſeſſ. quæ eſt quid facti Rebuff.hic fol.83.nu.6.in glo.contractib. Quod ego ea ratione admito, quia in his agitur de reſtitutione, & exhibitione inſt.de interdict.§.1.quibus uerbis omnia eſſe reſtituenda conſtat, ut dixi ſupra eod. in decima concluſione.uel potius quia de dolo reſtituentis, aut non exhibentis puniendo agatur ut in l.ij.ff.de in lit. iuran.*

30 *Decimo nono non procedit in re ineſtimabili pro ut eſt libertas, tunc enim fit eſtimatio in infinitum l.*

procurator ad exhibendum §. fi. ff. rem rat. hab. l. i. §. ſed cum liber ff. de his qui de iece. uel effud. Bart. hic col. vi. uerſ. pro huius.

Ego tamen puto qđ in caſu iſto damnum quod re uera datum eſt eſtimabitur quia eſt de caſibus incertis per hunc text.

31 Vigeſimo non procedit qñ quis tenetur tantum preſtare quantum equum iudici uidebitur nam atten ta hac poteſtate, & hoc arbitrio iudici dato quod ex equitate prouenit, poterit fieri eſtimatio ſupra du plum, etiam iuxta ſingularem utilitatem, ut uidetur probare tex. in l. iij. §. qui ſepulchri ff. de ſepul. uiol. iuncto primo rñs eiuſdē legis, & ibi glo. & hoc loco ſentit ferret. fo. 117. nu. 31. in fin. dum ait quod inter mercatores obſeruatur ut habeatur ratio eius quod intereſt extra rem, & hoc inducitur ad ſtatutum diſponens ꝙ iudex quantum ſibi equum uidebitur tanti cōdemnet, Quod melius probat tex. in l. iij. §. fin. iuncta l. quod ſi epheſi in fin. ff. de eo quod cert. loc. & §. preterea uerſ. in his inſt. de action. & tunc ſupra du plum forte poterit fieri condemnatio, ſi iudici æquum uiſum fuerit ex circunſtantijs, iuxta tex. in d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. tamen quo ad ſingularem utilitatem, de hac non loquitur Ferret. & ego puto quod de ea non debeat haberi ratio, niſi eueniat caſus in quo iuretur in litem, tunc enim loco pœnæ ſupra iuſtum pretiū fit eſtimatio arbitrio iurantis l. i. & ij. ff. de in lit. iuran. l. ſi tutor eo. tit. text. autem in d. l. iij. §. qui de ſepulchri ff. de ſepul. uiol. loquitur de pœ na ob iniuriam inferēda, ſuper quo cogita, quia nemo

hoc

*hoc tradit.*

Et *aduerte ne erres quia ego non dico ſimpliciter* 32
*quod duplũ excedi poßit in omnibus cauſis in quibus proceditur ex bono & æquo, ſed ita demum ſi con=dẽnationis ſumma dependeat ab arbitrio iudicis ſolo, ſecus ſi ex natura actionis deſcendat, iuxta differen=tiam traditam à* Doct. *inter actiones bonefidei, & actiones arbitrarias de qua per* Iaſ.*inſt. de action.§. preterea in princ. & in glo.1. in uerſ. in eedem glo. col.vi.& in col.ſeq.uerſ.et ultra in glo.fin.circa fin. col.xiiij.*

Vi*geſimo primo non procedit qũ conuenerit in=* 33
*ter partes pro intereſſe de certa quãtitate ſupra du plum, pro ut fit, in l.fin.ff.de pret.ſtipu.& in l.procu rator ad exhibendum ff. rem rat. hab. nam tota hæc ſũma ſupra duplum cõuenta preſtabitur l.ſi plus ff.de euict. ubi ait quod ſi plus uel minus quã interſit fue rit promiſſum placito ſtandũ eſt, & quod duplũ exce di poßit probat text. in l. ſi dictum in princ. ff.de e=uict.ubi etiam de quadruplo loquitur, & quod totum debeatur tradit bart.col.xi.uerſ.quero circa, et* Dec. *col.x.nu.72.* Curt.*col.xxi.* Rebuff. *fo.84.nu.3.*Ca*gnoll. qui communem atteſtatur nu.108. uide inf. in uerſ. etiam ex lucro nu. 57.*

H*æc concluſio quod totum intereſſe conuentum, ſeu tota pœna, ſeu tota quantitas pro eo quod inter=eſt taxata et limitata inter ipſas partes ſit preſtanda, recipit multas declarationes.*

I*ntellige itaq; hoc quod de conuento precio preſtã do dictum eſt procedere etiam ſi tanti non interſit, nã*

*non quanti intereſt ſpectatur, ſed quãtum promiſſum eſt l. ſi plus ff. de euiction. l. ſi dictum eo. tit. glo. hic uerb. proferuntur, & eam ſequuntur communiter* Doct. *ut hic atteſtatur* Cagnol. *col. xxiiij. nu. 109.* Rebuff. *in glo. 1. fo. 49. nu. 54.*

Intellige *ſecundo non ſolum procedere in foro ciuili, ſed etiam canonico, ac etiam in foro conſcientiæ, & in iudicio animi, pœna enim huiuſmodi conuenta quæ egreditur id quod intereſt apud* Theologos *iuſta eſt, & peti poteſt, propter publicã utilitatem, ut per ſum.* Ang. *in uerb. uſura §. xxxi. uerſ. ſextus caſus, &* Cagnol. *col. xxiiij. nu. 110. & ego admitto per text. in d. l. ſi plus, & d. l. ſi dictum ff. de euict.* Rebuff. *in glo. 1. fo. 49. nu. 55. ubi multa allegat.*

35 Reſtringitur *id uerum eſſe dummodo quantitas promiſſa ſit moderata, ut uidetur exprimere tex. noſter, dum ait quod pœnæ ita demum exigi poſſunt ſi cum competenti moderamine proferuntur, competens autem moderamẽ uidetur quadruplũ pro ut eſt exemplum in l. ſi dictum ff. de euict. & hoc ſentit* Bald. *hic col. iij. uerſ. quid ſi promitto, & expreſſe ꝓbat* Curt. *col. xi. & col. xxi. quæ ſententia uiſa eſt benigna* Cagnollo *nu. 111. & mihi placet, ut ſit aliquis finis pœnarum, infinitas enim eſt euitanda, ut hoc in loco exprimit tex. & inculcant* Doct. Dec. *in princ.* Cagnol. *nu. 21. & 22.* Rebuff. *in primo not.* Tamen *communis opinio eſt in contrarium glo. in uerb. proferuntur, cum qua tranſeunt communiter* Doct. *ut per* Imol. *&* Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de uerb. obligat.* Cagnol. *col. xxiiij. numer. 109. mihi placet benignior*

*ſententia*

*ſententia cogitabitis.*

*Intellige etiam hanc concluſionem, ut ſcilicet totũ quod promiſſum eſt ſimplum debeatur, tamen non duplicabitur etiã ſi re uera pluris interſit, quã fuerit cõuentum, nec quicquam ſupra conuentionem preſtabitur, nam placitum qualecunq; eſt ſeruandum eſt, hoc mihi exprimit tex. in l. ſi plus ff. de euict. dummodo ſit tranſactum ſuper intereſſe, & ſic conuentio facta ſit pro eo quod intereſt pro ut fit in l. fin. ff. de pret. ſtipul. & in l. procurator ad exhibendum ff. rem rat. hab. ſecus ſi ſit precium rei conuentum, nam hoc dupli cari poteſt ut antea concluſum eſt, & quod intereſſe conuentum non dupletur probat* Rebuff. *fo.* 83. *nu.* 2. *& fo. ſeq.* 36

*Intellige etiam hanc concluſionem qua traditum eſt, conuentum intereſſe totum eſſe preſtandum, ut nõ procedat in caſibus in quibus preſumitur facta conuentio in fraudem uſurarum, ſecundum* Bal. *in l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi cert. petat.* Dec. *hic in ſecunda lect. col. xi. nu.* 77. *uerſ. ij.* Cagnol. *col.* xxv. *nu.* 116. *Quod euenit quando pœna eſt adiecta dationi quantitatis l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi cert. pet.* Doct. *in c. dilecti de arbit.* Alex. *conſ. xlix. uol. iiij.* Dec. *conſ. clxxxiij. in fin. quæ opinio eſt communiter recepta,* Rebuff. *fo.* 50. *in glo.* 1. *nu.* 57. *de qua al's uidebimus.* 37

*Habebit igitur locum concluſio ſupra facta quod intereſſe conuentum totum preſtetur quando ceſſat ſuſpitio fraudis uſurarum, ut euenit quando pœna adiecta eſt facto, puta cum promittitur certa ſumma ſi quid factũ non fuerit ut in l. predia ff. de act. empt.* 38

*& in l. ſed & ſi quis §. fin. ff. ſi quis. Cautio. & In l. ij. §. item ſi in facto et l. iiij. §. Cato ff. de uerb. obligat. & Alex. conſ. cxliij. uol. vij.*

*Idẽ eſt ſi adiecta fuerit pœna traditioni ſpeciei, puta quis promiſit pœnam ſi uas uenditum non tradiderit, debebitur enim huiuſmodi pœna, ut probat text. in l. lucius ff. de act. empt. Iaſ. in l. promiſſis C. de tranſact. his caſibus tota ſumma pro eo quòd intereſt promiſſa preſtabitur, ut hoc loco late explicat Rebuff. fo. 49. nu. 52. & 53. & hoc generale erit in omnibus caſibus in quibus ceſſat preſumptio fraudis uſurarum ut totum intereſſe conuentum preſtetur, ſi uero ſubſit preſumptio fraudis non habet locum concluſio ſupra facta, per ſupradicta, & cũ hac concluſione tranſeunt communiter Doct.*

39 *Aduerte quod hodie regulariter quando pecunia debetur non eſt licita conuentio huiuſmodi ab initio, & ſic pœna non poteſt promitti licite in caſum pecuniæ non ſolutæ, ſubeſt enim preſumptio fraudis uſurarum ut per Bald. & modern. in l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. Iaſ. & moder. in l. cunctos populos C. de ſum. trin. & fid. cathol. Cagnol. hic x. nu. 49. hoc procedit admiſſa communi concluſione pro uera, quod Iuſtinianus uſuras ſuſtulerit, al's ſecus, niſi quatenus excedit legitimum modum uſurarum.*

*Tamen etiam hoc admiſſo ſi re uera ſtipulatoris interſit ſuſtinetur taxatio ſeu conuentio, uſq; ad concurrentem quantitatem eius q intereſt, ſecundum Alex. in d. conſ. cc. uol. vi. & Dec. in conſ. cccxxij. & Cagnol. hic nu. 51.*

Idem

Idem eſt ſi attenta qualitate, & conditione per= 40
ſonarum ueriſimile eſt, quod ſtipulatoris interſit, aut intereſſe poßit, puta ſi ſit mercator, hoc enim caſu li=cita uidetur conuentio, ſeu taxatio certa etiam ab ini tio, pro eo quod intererit, quæ tamen ſit moderata, & ueriſimilis, ſecundum communem concluſionem Doct. de qua meminit hoc in loco Cagnol. & eam probat nu. 51. col. xi.

Alios caſus in quibus uidetur licita certa taxatio ſeu conuentio ab initio in caſum pecuniæ nō ſolutæ, uide per Rebuff. hoc in loco in glo. 1. fo. 50. & 51. nu. 57. ubi ponit regulam communem, et eam multis exornat ampliationibus, & limitationibus à nu. 57. uſq; ad nu. 74. Ego non intendo materiam hanc in hoc loco in=culcare, ſed alibi tractabitur & ueritas oſtendetur.

## INDEX IN VERS. PER SVAM SVBTILITATEM.

LIBELLVS incertus in petendo intereſſe admittitur num. 2.
Obligatio ad intereſſe ſuccedit poſt moram in obliga=tionibus facti num. 1.
Totum in incertis caſibus debetur intereſſe num. 1.
Intereſſe peti debet, alioqui nō fit condemnatio nu. 2.
Sorte ſoluta intereſſe non debetur num. 2.
Intereſſe in proceſſu liquidandum eſt, licet incertum peti poßit num. 3.
Libelli forma ſuper intereſſe num. 2. & 3.
Intereſſe probandum eſt alioqui eo non probato nil conſequitur actor num. 4.

Intereſſe in penis & in mulcta nõ cõſideratur nu.4.
Intereſſe quomodo probari debeat num.5.
Probatio ſingularis intereſſe num.6.& 7.
Conuentum intereſſe quomodo probetur num.8.
Commune intereſſe quomodo probetur num.9.
Difficilis probatio intereſſe num.9.10.
Pretij probatio differt ab intereſſe probatione nu.12.
Eſtimatione probata non eſt probatũ intereſſe nu.12.
Factum probandum eſt ex quo intereſſe reſultat nu. 13.& 17.
Deterior ex uulnere preſumitur ſeruus factus nu.14
Opere ſerui probande num.15.
Circunſtantie probande ex quibus damnum obuenit num.15.& 16.
Quãtitas dãni ex facto reſultans eſt ꝓbanda nu.17.
Inſtrumenta non probant eſtimationem num.18.
Teſtes probant intereſſe num.19.
Pretium unius eſt ſingulare pretium num.18.
Iuramento probatur intereſſe ex pacto num.20. in alijs etiam caſibus num.21.uſq; ad num.24.
Coniecturis probatur intereſſe num.25.26.
Deterioratio probanda eſt 27.
Teſtes quomodo deponere debeant inprobando intereſſe num.27.
Pretium rei detractis his quæ ſuperſunt probandum eſt num.27.& 28.
Ratio per teſtes aſsignanda num. 26.
Tempus quod ſit inſerendum num.29.30.
Scriptura publica probat eſtimationem num. 31.
Intereſſe lucri ceſſantis qũo probãdum ſit nu.32.33.
Mercatores

*Mercatores non ſemper lucrantur num.36.37.*
*Capitula ad probandũ intereſſe lucri ceſſantis nu.38.*
*Probato intereſſe, licet ſumma non ſit probata reus condemnatur num.39.45.46.47.*
*Iudicis officium circa intereſſe num.39.40.*
*Peritorum relationi ſtatur num.42.*
*Subijciet rem oculis iudex num.41.*
*Peritos eligit iudex ut ſe informet de ualore rei & de damno num.41.42.*
*Equitatem pre oculis habet iudex num.43.*
*Iudex ex officio ſe informat ſuper ualore num.44.*
*Peritos mittere & rem oculis ſubijcere poteſt iudex num.46.*
*Iuramentum in ſupplementum probationũ an deferri debeat ſuper intereſſe num.48.49.50.*
*Damni illatio non facile probatur num.50.*
*Eſtimatio facile probatur num.50.*

## VERS.PER SVAM SVBTILITATEM.

NVNC *oſtendit imperator quid facere debeat iudex in caſibus incertis,in quibus nihil eſt, q̄d duplicari poßit,ſed totum eſt ſimplum, & totum debetur,ſed quia difficilis eſt probatio ut in l. fin. ff. de pretor ſtipult,& in facto conſiſtit, l. quatenus ff. de regul.iur. & plerunq; actor ad immodicos circuitus ſuũ intereſſe deducit, precipit imperator quod iudex per ſuam ſubtilitatem inueſtiget,quale quantunq; ſit damnũ,q̄ re uera datum fuerit,& id ſarciri iubeat. Cōmode igitur hoc loco tradenda eſt practica petendi* 1

& probandi intereſſe, & quæ pertineant ad iudicis officium, Dic itaq; quod obligatio ad intereſſe ſuccedit poſt moram in obligationibus facti, l. ſtipulationes non diuiduntur §. celſus, & ibi Bartol. Alex. & alij ff. de uerb. obligatio. Bald. in conſ. ccxci. nu. 4. uol. 1. & in conſ. ccccxciij. col. iiij. eod. uol. & Afflict. in c. 1. nu. 24. & 25. Quo tempore mil. hinc dixit Bald. in d. conſ. ccccxciij. quod intereſſe ex ſecundaria obligatione debetur, Soz. autem in conſ. xxv. nu. 19. uol. iiij. ait quod intereſſe uenit acceſſorium ad principale, & eius naturam ſequitur, & in alijs caſibus oritur obligatio ad intereſſe, de quibus p Bar. & Alex. & alios in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, ad quos uos reijcio.

2 Dic preterea quod in caſibus in quibus debetur intereſſe, id in iudicio peti debet, alioqui ſi nõ fuerit petitum non fiet condemnatio, ſecundum Bald. in conſ. cxix. col. ij. nu. 1. uol. ij.

Immo ſi ſtatuto caueatur quod certa qaantitas puta quinq; in centenos nummos pro intereſſe ſoluantur, id non ueniet in condemnationem niſi fuerit petitum, ſecundum Bald. in conſ. clxvi. uol. primo, Item peti debet una cum ſorte, alioqui ſoluta ſorte non exigetur intereſſe, quia huiuſmodi ſtatutum non inducit nouã obligationem, ſed probationem tantum, ſecundũ Bald. in d. conſ. clxvi. niſi ſit intereſſe quod poſt ſentẽtiam decurrit, quia tunc officium iudicis competit ſecundũ Bald. in d. conſ. clxvi. uol. primo.

Peti tamen poteſt intereſſe indeterminatum, & non expreſſa certa quantitate, nam poſtea determinari

poterit

*poterit, ut per Afflictum in Prelud. feudo §. pro noſtris nu. 138. hoc enim caſu admittitur libellus incertus ut per Cagnol. in l. quatenus nu. 18. ff. de regul. iur. & ſic concluditur quod actor poteſt petere in genere id quod ſua intereſt non expreſſa certa quantitate, uerbi gratia ſic poteſt libellum concipere, peto equum ſeu fundum uenditum mihi tradi, una cum eo quod mea intereſt ob moram factam, glo. ſentit in l. certi condictio in princ. in uerb. cauſa ff. de condict. indeb. et ibi Doct. precipue Dec. nu. 7. Petrus ferrar. in ſua pract. in form. libell. in action. real. in uerb. tot & tantos nu. 2. ubi ait quod non eſt neceſſe quod in libello exprimatur certa quãtitas eius quod intereſt, quia poteſt probabiliter ignorari, Ideo admittitur petitio incerta, Et hanc opinionem atteſtatur communẽ Idem tradit Bart. in l. pretor dixit §. 1. circa fin. in uerſ. uidete ff. de iniur. & in l. quidam, & in l. ſtipulationes non diuiduntur in princ. in ult. q. ff. de uerb. obligat. & ita practicatur ſecundũ Rebuff. hic in glo. in alijs fo. 103. nu. 36. & communem atteſtatur Soz. in c. ſignificantibus nu. 23. uerſ. ſexto de libell. oblat. uide glo. & Doct. in l. certi condictio in princ. ff. ſi certum petat. & hoc loco Cagnol.*

*Tamen qui libellum incertum exhibet tenetur poſtea in proceſſu certam quantitatem probare tradit glo. in l. 1. §. ſi quis argentum in uerb. iuranti ff. depoſit. & Alex. in rub. ff. ſolut. mat. col. pen. & ibi rip. nu. 52. Iaſ. in §. ſed iſte col. 24. in glo. magna uerb. nota tamen inſt. de act. & ibi Gomeſ. nu. 37. Cagnol. hic nu. 53. & in rub. nu. 6. ſi tamen probatum fuerit* 5

*quod mea intereſt,ſed non ſit probata certa quantitas non ſemper abſoluitur reus ut per Cagnol.hic nu.53. dicam inf.eod.nu.39.*

*Aliam practicam formandi libellum tradit* Rebuff.*hic fo.103.num.31.quam cæteris meliorem dicit, ſcilicet quod ſic concipiatur peto* Ticium *condemnari ad tradendum mihi equum, & ſi nõ tradat ad dandum mihi centum pro meo intereſſe, & plus et minus prout liquidabitur in proceſſn & per iudicem taxabitur, quã formam commendat* Bart.*in l.1.§.condemnatio ff. de tabul.exhib. uide glo. in l.ij.§.* Item *ſi ex facto ff. de uerb.oblig. &* Bal.*in conſ.ccix.uol. iiij.*

4 *Circa probationem eius quod intereſt multa hic traduntur a* Doct.Itaq; *ſcire oportet quod ab actore intereſſe probãdum eſt omnino, quia in facto conſiſtit l.quatenus ff.de regul.iur.hoc enim generale eſt q̃d ea quæ ſunt facti, probari debent, l. in bello §. facte ff.de captiuis & poſt limi.cum ſimil. & in caſu propoſito, hoc ꝓbat* Bal. *in conſ.cxix.nu.1.col.ij.uol.ij. &* Alex.*in conſ.xlvij.num.15.uol. primo* Crauett. *conſ.lxxxix.nu.4.*Cagnol.*late in d.l.quatenus, nu. 9. & 10.ff.de regul.iur.*

*Adeo quod ſtante ſtatuto quod inſtrumentum mandetur executioni, non mittetur ſuper intereſſe niſi prius ſit liquidatũ, tradit* Bal.*in conſ.xcix.in v.part. & promittens intereſſe intelligitur promiſiſſe illam quantitatem quæ probabitur, ut tradit* Dec. *in conſ. cccclxxxix.nu.11. & conſ.*Dxxxix.*nu.10.*Alex.*in conſ.lxi.nu.8.uol.vi.*Fallit *in penis, hę enim infligun tur, etiam non conſtito neq; probato intereſſe, quia*

*in his*

*in his non inſpicitur id q. intereſt, ſed quantitas pene ut per Bal. in l. ſi ſeruus ff. ſi quis cautionib. num. 4. & in l. ex quacunq; nu. 6. ff. ſi quis in ius uocat non ier. Alex. in l. ij. §. Item ſi in facto. num. 8. ff. de uerb. obligation.*

*Idem eſt in mulcta, ut eſt tex. in l. unic. §. fin. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. qui tex. ita debet intelligi, quicquid ibi dicant alij, hanc deciſionem probat Alex. in d. l. ij. §. Item num. 20. Idem Alex. in l. ex hoc edicto, §. ſi a fideiuſſore nu. 1. ff. de eo per quem factum er.*

*Idem eſt in in factis in iudicio explicandis in his enim non cadit intereſſe ut tradit abb. in c. ſignificaſti nu. 3. de foro comp.*

*Idem eſt in rebus ſpiritualibus in his enim non cadit intereſſe ut tradit abb. in c. accedens nu. 4. de cõceſſ. prebere.*

*Quomodo autem probari debeat intereſſe tradit* 5 *Bart. hoc in loco col. fin. Bal. in c. ueniens ij. nu. 4. de teſtib. Idem Bal. hic nu. 81. Ambro. uignat. in tract. de uſur. in c. ſalubriter nu. 251. & ſeq. Rot. Deciſ. 359. num. 2. in Nouis abb. in c. dilecti nu. 12. de foro comp. Gemin. in c. cum medicinalis §. ſuperior nu. 4. de ſñ. excomm. lib. vi. Dec. in l. quatenus nu. 3. & 4. ff. de regul. iur. & ibi Cagnol. nu. 27.*

*Dic itaq; quod multis modis pbatur id quod intereſt, Ceterum quia a Doctoribus tres ſpecies eius quod intereſt fuerunt conſtitute, ita etiam ſeparatim cuiusq; probationes traduntur.*

*Ego quod attinet ad ſingulare intereſſe puto ſu-* 6 *peruacuum quicquam tractare, attento quod iam docuimus*

*cuimus nullam de eo ratiõem haberi in iudicijs, uſu ita obtinente, ut atteſtatur* Rebuff. *fo.114.in glo.ſubtilitatem nu.* 84. *Quod ſi quis deſideret ſcire quid in hac re ſentiam, mihi uidetur quod ſingularis utilitatis probatio fere tota pendeat ab arbitrio actoris, Ideo eius iuramẽto ſtandum erit ut in l.ſi tutor ff. de in lit.iuran. & l.ij.eo. tiu.*

*Nec enim facile ſciri poteſt quanti ego eſtimem fundum mihi uicinum, aut auitum, cum uariæ ſint hominũ cogitationes l.quia poterat ff.ad* Trebell.*nec omnibus ſint pariter care res uicinæ, aut auite, ab aliquo .n. pluris, ab aliquo minoris eſtimantur, ut tradit* Soz.*in rub.nu.62. facit illud quod tradit pro regula* Iaſ. *in §. ſed iſte in col. 33. uerſ.in ea glo. ibi per teſtes,* In*ſt. de act. ubi ait quod in his quæ dependent ab intellectu noſtro, & ex animo noſtro, ſtatur noſtro iuramento.*

7 *Singularis tamen utilitas quæ momento temporis durauit, aut inſolita fuit, de qua in l. pretia in fin. ff. ad l. falc. probatur per teſtes qui deponant pretium rei qnod communiter eſſe conſueuit, & etiam deponent de uno particulari, qui exceßit modũ, uel quod licet plures emerint, tamen momento durauit, in alijs me reminto ad ea quæ ſcribit bart. col. fin.* Cagnoll. *col 29. nu.126.& 132. cum mult. ſequen.* Rebuff. *in glo.ſubtilitatem nu.67. cum mult. ſequen. fo.112. non inſiſto quia nunquam euenit caſus in quo neceſſaria ſit huiuſmodi probatio.*

8 *Conuentum probabitur per confeßionem, aut per teſtes, aut per inſtrumentum, & his modis quibus cætera pacta*

tera pacta ſeu conuentiones probantur per Bart. hic col. fin. per regulam de qua in l. in exercendis C. de fid. inſtrum. Bal probat col. 4. Curt. col. añpen. Rebuff. fol. 105. nu. 5. & 7. text. eſt in l. fin. ff. de pretor. ſtipu. glo. in l. certi conditio §. quoniam ff. ſi cert. pet. & ibi Bart. & eſt communis, & probat Cagnol. hic col. 25. nu. 109. Probatur etiam per iuſiurandũ delatum a parte parti Iaſ. in l. qui romæ in princ. col. vi. nu. 16. ff. de uerb. oblig. Rebuff. fo. 113. nu. 26. Cagnol. hic nu. 119. de qua re dicam infra latius.

Difficultas conſiſtit in communi intereſſe proban= 9
do quod eſt in uſu, & de quo leges noſtræ loquuntur, nam text. in d. l. fin. ff. de prætor. ſtipu. ait difficilem eſſe probationem, idem tenet Bart. in l. ij. c. fi. C. de reſcin. uendit. & Iaſ. in l. qui romæ col. 2. ff. de uerb. obligat. Igne. in l. quatenus ff. de reg. iur. Rebuff. fo. 105. nu. 2. in glo. ſubtilitatem.

Tamen ſi inſpiciamus tradita per Doct. mihi uide- 10
tur facillima probatio, nam eiſdem fere regulis utendũ eſt quibus ad probandã rei eſtimatiõem utimur ut per Doct. in l. 2. C, de reſcin. uend. & in l. pretia rerũ ff. ad l. falc. & hoc in loco Bart. quẽ ſequntur Doct. & Rebuff. fo. 105. nu. iij.

Hoc admiſſo mihi uidetur quod nihil ſit probatu fa 11
cilius, nam ſecundum communem curſum fit eſtimatio d. l. pretia & l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ſed nemo negauerit, quin ea ſint pro batu facillima, quæ fiunt palam, iu foro publco, & cõmuni populariũ interuentu.

Dico igitur quod alia eſt probatio eſtimationis, ſeu 12
pretij communis, alia eſt probatio eius quod intereſt,

&

*& hoc etiam admittit* Bart. *dum ait duos articulos ſieri debere, alterum quod res tantum ualet, alterum quod tanti communiter intereſt, & ſequuntur communiter* Doct. *hoc admiſſo mihi uidetur quod qui probat communem eſtimationem rei non intelligitur probaſſe id quod ſua intereſt, nam ſæpe minoris intereſt quam ualeat res, ſæpe etiam pluris, ut dixi ſupra in præfat. nu. 35. Ideo nõ probat hoc eſſe quod ab hoc cõtingit abeſſe l. nõn hoc ubi glo.* C. *unde cognat. l. neq; natales* C. *de probat. hoc ſentiunt* Bart. *Cagnol.* Re*buff. et alij dum fatentur quod directo non probatur intereſſe probando eſtimationem* Rei, *& licet poſtea omnes aſſerant quod ſaltem in conſequentiam probatum intelligitur id quod intereſt, tamen hoc non eſt ſimpliciter uerum, ſed ita demum ſi tanti interſit quantum ualet res ipſa, ſed hoc rarum eſt, nam ſæpe plus pretio ſæpe minus intereſt l. 1. ff. de act. empt. & antea dixi latius.*

13 *Oportebit igitur meo iudicio probare factum propter quod tua intereſt, nam hoc cõſiſtit in facto l. quatenus ff. de reg. iur, l. ſi ita quis ff. de euict. probabitur itaq; quod ego uulneraui ſeruũ tuum, probabitur etiam quod ob uulnus remanſit claudus, uel membro mutilatus, aut debilitatus, & ſic quod uillioris pretij factus eſt l. ut tantum §. eſtimatio ff. de ſeru. corup. & ad hoc demonſtrandũ oportet quod conſtet de priori pretio, & ſic probabitur quantum ualebat olim ante uulnus acceptum, probabitur etiam quantum nunc ualet poſt illatum uulnus, & ex hoc apparebit quantum deterior factus eſt, probandum eſt præterea quod*

huiuſmodi

*huiuſmodi deterioratio ex uulnere proceſſerit.*

*In dubio tamen ex uulnere preſumetur deterior* 14
*factus per ea quæ tradit Bart. in l.ſi in rixa ff. ad l.*
*corn.de ſiccar.ex iudicio medicorum iuxta tex. in l.*
*ſemel C.de re milit.uide Ang.aret.in tract.malef. in*
*glo.& ex interuallo nume.2. & ibi Aug.de arim.in*
*addit.nu.3.& nu.14.ꝓbabitur præterea quas quan*
*tasq; impenſas feceris in curando ſeruo l.qua actione*
*in princ.ff. ad leg. aquil. probabitur etiam quot dies*
*in lecto inutilis iacuit, quibus diebus operis eius carui*
*ſti, probabitur etiam artificium ſerui quale eſt, & ſic*
*in quo conſiſtant opere ſerui, & ex qualitate artifi=*
*cij apparebit quam pretioſæ ſint operæ eius, oportebit*
*etiam probare quod acceperis pecunias ſub uſuris l.*
*& in contraria in fi.ff.de uſur. quas erogaſti in cu=*
*ratione ſerui l.ſi procurator ad exhiben. in uerb.im=*
*pendia ff.ad exhiben.*

*Item quod in futurum aut operis ſerui penitus ca* 15
*rebis, aut quod uilliores erunt operæ aut pauciores*
*quam antea eſſent d.l.qua actione in princ.ff.ad leg.*
*aquil.l.ut tãtum §. eſtimatio ff.de ſer.corrupt.l.fin.*
*ff.de ope.ſer.& quod hoc proceſſit Ex uulnere l. in*
*ficiando §. 1.in uerb.neceſſe ff. de furt.l.iij. §.fin. in*
*uerb.mora tua ff.de eo quod cert.loc. l.iij. in fin. ibi*
*quia abnegata ff.de in lit.iuran.Item quod oportebat*
*te mittere ſeruum hunc Mediolanum ad quem locum*
*ſub pœna intra certam diem mittendus erat, quod ta=*
*men facere non potuiſti ob grauitatem uulneris, &*
*propterea commiſſa eſt pœna l. inficiando §.1. ff. de*
*furt.l.nummis ff.de in lit.iuran.*

16 Item quod ſeruus habebat gemellum, qui depreciatus eſt ob alterius deteriorationem l. proinde ff. ad l. aquil. Item quod ſeruus iſte erat frugi, & diligens cuſtos & negotiator rerum mearũ, & propter egritudinem ſuam, res mee negligentius geſtæ cuſtoditæq; ſunt, adeo ut perierint multi fructus pendentes colligendi, & diligentia ſerui ſolita erit probanda, & quantitas fructuum tunc pendentium, & quantitas quæ ſuperfluit, & detrimentum, & alia multa huiuſmodi quæ in dies occurrunt, quæq; longum eſſet recenſere, & quæ oĩa probanda ſunt, ſi ex oĩbus intereſt, ſin ſecus eſt, ea ſunt ꝓbanda ex quibus intereſt.

17 In ſumma probandum erit factum ex quo damnum emerſit l. ſi ita quis ff. de euict. l. quatenus ff. de reg. iur. Item quod ex facto damnum proceſſit nõ al's euenturum l. qui occidit §. fin. ff. ad l. aquil. l. ſi ſterilis §. cum per uẽditorem ff. de act. empt. in uerſ. quæ modo circa rem conſiſtit, Item à quo factum eſt, cuius ue culpa d. l. qui occidit §. pen. Item quantitas damni ex facto huiuſmodi reſultans l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. in uerb. quantum mihi abeſt, & l. quatenus ff. de reg. iur. et hoc damnum ſic probatum eſtimabitur communiter l. pretia ff. ad l. falc. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & ab his nõ diſcrepant ea quæ tradunt Bart. & alij Doct. ſi bene inſpexeris, licet non ita explicent.

18 Per inſtrumenta autem inter alios facta non probatur eſtimatio, ut hic per Bald. col pen. num. 81. quia res inter alios acta alijs nõ preiudicat c. quamuis ubi abb. fel. & alij de ſñt. & re iudic. Item quia per tempora mutatur pretium l. pretia in fin. ff. ad l. falc. l. ij. & ibi

*& ibi not.* Doct. C. *de reſcin. uendit.* Item *quia pretium unius eſt pretium ſingulare, de quo non habetur ratio l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. d. l. pretia in princ. probatur tamen per inſtrumentum inter eaſdem partes factum,* Rebuff. *hic fo.* 106. *nu.* 13. Item *ſecundum* Bal. *hic col. pen. nu.* 80. *ſi ſint plura inſtrumenta de recenti facta, probabitur ualor etiam preſens, non tamen uere ſed preſumptiue, alias ſi longum tempus interceſſerit, nullo modo probatur ut per* Cagn. *hic nu.* 125. *qui tamen diſtinguit predia ruſtica ab urbanis ut ibi per eum.*

ITEM *per teſtes probatur intereſſe ut hic per* 19
Bart. *col. ult. tradit etiam* Bauer. *in tract. de uirtute iura. nu.* 74. *&* 75. *& uignat. in c. ſalubriter in tract. de uſur. nu.* 255. Nell. *in tract. de teſtib. nu.* 139. Alex. *in l. in actionib. nu.* 7. *ff. de in litem iur.* Rebuff. *hic fo.* 105. *nu.* 7. *&* 8. *& fo.* 117. *nu.* 25. *&* Cagnol. *hic nu.* 121. *ad quos uos reijcio.*

ET *hoc procedit etiam dato quod ſtatutum extet quo caueatur quod probationes debiti non niſi per inſtumenta fieri debeant, nam intereſſe quod pendebit ex inſtrumẽto poterit per teſtes liquidari, ut per fel. in c. ij. nu.* 16. *de probation.*

Quin *& per iuramentum probabitur intereſſe* 20
*ſi fuerit delatum a parte parti, ut dixi ſupr. nu.* 8. Idẽ *eſt ſi fuerit inter partes cõuentum quod credatur iuramento actoris, tunc illi ſtandum eſt, tradit* Bart. *in l. fin. ff. de pretor ſtipulatio & per* Alex. *conſ. clviij. num.* 7. *uol. vi.* Soz. *conſ. xc. uol. iiij. col. iij. adeo quod hoc caſu non eſt licita penitentia, & ſic omnino ſtandum eſt*

*dum eſt iuri iurando actoris ſecundum conuentionem, ut tradit Cagnol.in l.quatenus nu.25.& ibi atteſtatur communem ff.de regul.iur.Soz.in d.conſ.xc.nu. 13.uol.iiij. niſi ſuper ueniſſet iuſta cauſa reuocandi, ſecundum Ang.in l.fin.ff.de preto.ſtipul.qui ita declarat tradita per Bart.in d.l.fin.& Soz.in d. conſ. xc.nu.13.uol.iiij.Bart.& Iaſ. in l. ſi ab arbitro ff. qui ſatiſda.cog.Iaſ.in l.iuſiurandum quod ex conuentione nu.6.ff.de iure iur.Rebuff.fo.116.nu.66.*

21 *Immo ex cõuentione partium etiam probari poteſt intereſſe ex nuda aſſertione alterutrius ut per Soz. in d.conſ.xc.nu.12.& an preſente parte debeat fieri declaratio & quid ſi exceſſerit modum uide in eod. conſ.xc.nu.12.*

*Item cõtra officialẽ in ſyndicatu probatur iuramento ſecundum martin.lauden.in tract. de official. domin. q.xxij.& parid.de puthe.in tract. de ſyndic.§. contra num. 5.*

*Item probatur intereſſe per iuſiurandum in odium delinquentis,ſeu doloſi,probato prius per teſtes dolo. ſeu delicto,ut per Doct.in l.ſi quando C. unde ui Rebuff.hic fol.113.nu.26.*

*Item in arbitrarijs , & in alijs actionibus in quibus iuratur in litem intereſſe contra doloſum iuramento probatur l.in actionibus ff.de in lit.iuran.Bartol.& communiter Doct.hic Rebuff.hic fo.111.nu.60.ſalic. col.xij.declarat Dec. in d.l.in actionibus col. ij. Cagnol.hic nu.126.*

22 *Idem eſt ſi ſit contempta maieſtas pretoris l. pen. ff.de in lit.iuran.l.ſi familia ff.de iur.om.iud.Bartol. hic col.*

hic col.fin.poſt glo.in uerb.ſubtilitatem, Rebuff. fo. 111.nu.61.& Cagnol.nu.126.ſalic.col.xij.Cagnol. diſtinguit nu.126.ut contra eum qui non poteſt com pelli ad intereſſe niſi officio iudicis nobili, non poßit probari intereſſe iuramento, ſecus ſi iure actionis uel officio mercenario, & hanc atteſtatur communem, ui= debimus in l.in actionibus ff. de in lit.iuran.

Idem eſt in eo qui obligatus ad factum, doloſe facit 23 quod non debet l.ſemper §. officio & ibi glo.ff. quod ui aut clam l.ſi quando C.unde ui l.non à iudice ff. de iudic.Rebuff.fo.112.nu.62.

Quod tamen dictum eſt iuramento probari inte= 24 reſſe contra delinquentem d.l. ſi quando C. unde ui, Bart.in l.quidam ff.de furt.Rebuff.fo.112.nu. 69. intellige ſi concurrat difficultas probationis Cagnol. nu.126.col.xxviij.ſcilicet ꝓbato prius uere delicto, glo. & Doct. in c. fi. de his quæ ui metus ue cauſ. Alex.in l.ij.ff.de dam. infect. Alex. conſ.xiij. uol. primo Dec.in l.in actionibus ff.de in lit.iuran. Soz. in regul.237.fel.in C. ueniens de teſtib. Cagnol. hic nu.126.in fin.uſq; ad num.130. ubi late declarat, & multa requirit ad hoc ut iuramentũ deferatur, Cete rum ex mora uel contumacia negligendo, oportet pro bari intereſſe per Teſtes ſecundum Bart.hic fel. in c. ſacro col.ult.de ſent.excommu.Bal.in conſ.ccxci.nu. 5.uol.1. Rebuff.hic fo.112.num.65. Cagnol. tñ nu. 126.col.xxviij. tenet contrarium, & attãtur com= munem, tamen non loquitur de mora, ſed de falſo com miſſo per omißionẽ qui atrociter delinquit, quæ atro citas criminis ceſſat in moroſo, Ideo nõ eſt par ratio,

& ſic puto primam ſententiam ueram in eo qui morã fecit, ego enim ex mora ſola tantopere ſeuiendum in homines non eſſe exiſtimo facit id quod tradit Bald. in conſ. ccxci. nu. 11. uol. ij. ubi ait quod ex non facto & ſic ex negligentia non preſtatur intereſſe quod extra rem uocatur, Item intereſſe extrinſecum iuramanto non probatur, ſecundum Bart. in l. 1. in princ. in ſecũda oppo, ff. de alie. iudi. mutan. cau. fact. & per Alex. in l. uideamus col. ij. nu. 7. ff. de in litem iuran. preter quã in nummis ſecundũ eum ibid. & in l. nummis in iij. not. nu. 3. eod. tit. Mihi uidetur q̄d in omnibus caſibus in quibus poteſt iurari in litẽ, poſsit actor ipſe omne eius damnum eſtimare, quia tunc non inſpicitur an re uera interſit, nec quanti interſit l. nõ a iudice ff. de iudici, & arbitrio eius ſtatuitur pretium l. ſi tutor ff. de in litem iuran. poterit tamen refrenari a iudice l. uideamus §. iurare ff. eod. tit. & hec ego puto procedere in caſibus in quibus intereſſe extrinſecũ preſtandũ eſt, nam & hoc per iuramẽtũ probari poterit, ſecus ſi non debeatur, per tex. in d. l. nummis, & ita procedat opinio Alex. qui hoc uidetur ſentire in d. l. nummis.

25 Per coniecturas etiam poteſt probari & iudex ex officio ſuo poteſt eſtimare ſecundum Ang. in §. non ſolum inſt. de uerb. obligat. l. ſi quod ex pamphila, & ibi Bar. & Doct. ff. de legat. ij. Marſ. in conſ. v. Doct. in l. ij. C. de reſcin. uẽdit. Rebuff. fo. 113. nu. 79. Bal. in conſ. cclxx. uol. 1. ubi ait quod ſi probauero ad manus tuas perueniſſe decem cados olei mei, licet non probem quod tanti uendideris, tamen iudex debet con

ſiderare

*ſiderare quantum ualuit, & potuiſſet uendi, & ad id condemnare Dec. in conſ. cccxxij. ubi ait quod ex con iecturis iudicari poteſt, ſequitur Cagnol. hic nu. 136. & hoc maxime procedit iu intereſſe lucri ceſſantis, hoc enim probatur per coniecturas glo. not. & ibi Doct. in l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Rebuff. fo. 114. nu. 83. & intellige ſi coniecturæ legitime ſint & ſufficienter probatæ, ſecus ſi ſint leues cõiectu ræ, nam tunc Iudex poterit denegare condemnatio= nem Corn. conſ. cclxi. lib. 3. & conſ. cclvi. col. ult. & conſ, cccxviij. col. 3. uol. 4. Item qui ex conie cturis condemnat multum temperare debet ſentẽtiam per not. in c. aſſerte de preſumptio Dec. in l. 1. nu. 60. ff. ſi cert. petat..*

*Et quod per coniecturas poßit probari id quod in-* 26 *tereſt Alex. tradit in conſ. 189. nu. 11. uol. vi. preti um n. probatur per coniecturas ſecundum Doct. in l. ij. C. de reſcin. uendit. & quod coniecture ſufficiant tradit Bal. in conſ. cclxx. uol. 1. ubi ait quod ſi pro batnm fuerit certam olei mei quantitatem ad manus ticij negotia mea gerentis perueniſſe, licet non probe tur pretium, tamen iudex ſecumdum quod ueriſimile ſibi uidebitur, illud taxare poterit, ſubijciens quod ini quum eſſet abſoluere eum quem conſtat teneri, licet certa quantitas non fuerit probata, nam ſecundum eum Iudex ſupplet ex off. ne quis locupletetur cum aliena iactura l. plane ff. de petitio. hered. l. fin. ff. C. de alen. libe. & quod per cõiecturas probetur tra dit uignat. in c. ſalubriter de uſur. nu. 260. & Cagn. hoc in loco nu. 136 et in l. quatenus nu. 27. ff. de reg.*

*iur. et non probatum iudex ex coniecturis taxare po teſt, ut per Alex. in conſ. lxxvij. nu. 13. uol. vi. & in conſ. clxxij. nu. 19. eod. uol. adeo quod etiam po terit interrogare reum de pretio uſq; ad cõcluſum in cauſa, ut per Bal. in d. conſ. cclxx. quod ego admit to reſpectu damni illati quod plerunq; in occulto fit, ſed reſpectu pretij, ſubſiſto, quia precium commune per multos probari poteſt, & ſic in probatione pretij non concurrit difficultas probationis, que interueni re debet, ſic etiam diſtinguo in iuramẽto ut dicam inf. eod. circa fin.*

27 *Quomodo autẽ teſtes debeant deponere ſuper pre tio ſeu eſtimatione, & ſeu intereſſe remitto uos ad* Bart. *hic col. ult. &* Cagnol. *nu. 32. & ſeq. &* Re*buff. fol. 108. nu. 36. & etiam* Doct. *in l. 2.* C. *de reſcin. uendit. &* Alex. *in conſ. lxiiij. lib. 2. col. 2. & conſ. ciij. uol. 1. nu. 4. &* Bald. *in conſ. ciij. uol. 1. qui dicunt quod teſtes debent dicere ꝙ tanti cõmu niter intereſſet cuiuslibet habere rem huiuſmodi, quã practicam ego non improbo, cum ſit ab omnibus rece pta, ſed puto quod non ſit neceſſaria, ſufficit enim qu od probetur ualor rei ſecundum communem curſum iuxta text. in l. pretia rerum ff. ad l. falc. & l. ſi ſer uum ff. ad l. aquil. & pro ut etiam admittunt* Bart. *hic & alij.* Item *quod probetur in quo, & quatenus deterior facta eſt res, ſeu damnum datũ, & deterio rationis eſtimatio communiter exprimenda eſt d. l. ſi ſeruum, & l. ut tantum §. eſtimatio ff. de ſeru. cor rupt. his probatis reſultat probatio eius quod intereſt licet teſtes non dicant ꝙ tanti omniũ cõiter intereſt*

*commu*

*Ideo ne quis grauetur ſuperfluo probationis* 28
*onere mihi magis placet hæc ultima practica & hoc ſentit* Bartol. *in l. cum emptor §. fin. ff. de dam. inf. dum ait quod ſi agatur de intereſſe domus dirutæ probandum eſt quantum ualeret domus tempore ruine, antequam rueret,* Item *quantum nunc ualet area, & rudera quæ ſuperfuerant, his probatis inquit ipſe apparebit quanti intereſt,* Bart. *tradit in l. faciẽda ff. arb. furt. ceſ.* Aret. *in §. ſi quis agens col. v. inſt. de action.* Curt. *hic col. pen.* Cagnol. *refert & probat nu. 123. probat etiam* Rebuff. *fo. 109. nu. 38. huc etiam tendit id quod tradit idem* Rebuff. *fo. 108. nu. iij. dum ait quod quãdo preſtanda eſt eſtimatio partis tantum, tamen tota res eſtimari debet, non autem ſola pars ſuperſtes, quia pars quæ ſupereſt tantum non ualet, quantum eſtimaretur, ſi una cum reliqua parte eſtimetur allegat tex. in l. meuius §. fin. ff. famil. herciſ. glo. not. & ibi* Doct. *in l. 1. C. cõmuni diuid. fel. in c. cum cauſam col. fin. de teſtib.*

*De ratione per teſtes aſſignãda, & de loco, & de* 29
*tempore interſerendo uide* Bart. *hic col. ult.* Cagnol. *col.* xxvi. *num. 122. & 124. & 135.* Rebuff. *fo. 109. nu. 39. 46. 50. & 57. cum ſeq. &* Doct. *in l. ij.* C. *de reſcind. uendit. non inſiſto.*

*Item non ſufficit probatio ualoris alicuius tempo=* 30
*ris, & loci, quam de quo agitur, quia ex uariatione temporis, & loci uariatur ualor l. pretia in fin. ff. ad l. falc. l. ideo ff. de eo quod cert. loc.* Doct. *in l. ij.* C. *de reſcin. uendit.* Bartol. *hic col. fin. & communiter* Doct. *tamen hoc non alias uerum eſt, quam*

ſi ex proceſſu appareat quod nihil aliud petitur quã rei pretium, quod animaduertunt hoc in loco moder. quos refert Rebuff.fo.108.nu.37.

31 Interdum probatur eſtimatio per ſcripturam publicam, hoc eſt per librum, qui in aliquibus ciuitatibus fit in quo per ſingulas ebdomadas deſcribitur ualor rerum quæ conſtant pondere, numero, uel menſura, ut fit Parmæ in collegio conſortij uiuorum & mortuorũ, & in gallia obſeruari atteſtatur Rebuff.fo.110. nu.52.uide tradita p Bart.in l.quedã §. numularios in fin.ff.de eden.& ibi Iaſ.col.ij. & Alex.cõſ.179. lib.vi.Crauett.in tractat. de antiq. temp.fo.96. nu. 61. quod ſi eſtimatio determinati temporis in re immobili fieri non poßit, ſufficiet probare eſtimationem anni ãterioris, nam preſumitur durare eſtimatio, niſi cõtrarium appareat ut per Alex.in l.in lege falcidia §.fin.ff. ad l.falc. Doct. in c.1.de empti. & uendit. Rebuff.fo.111.nu.56.

32 Qui uero petit intereſſe lucri ceſſantis capitulare, & probare debet, q; erat ſolitus negotiari, al's ſuccumberet, ut per Alex. in conſ. cxli. lib.v. Dec. in conſ. xxxix.moder.Taurin.in l.rogaſti §.ſi tibi col.viij.ff. ſi cert.petat.qualitas enim hæc probanda eſt quã deducit l.prætor ait in §. docere ff.ui bon.rapt.Corſet. late in ſingul.in uerb. qualitas, Rebuff.fo. 129. nu. 25.Cagnol. hic col.vij. nu.40. hæc enim qualitas qđ ſit ſolitus negotiari eſt probanda omnino ut dixi & probant hoc loco communiter Doct. alioqui ſuccumberet actor ut dixi.

33 Secundo probandum eſt quod habuit occaſionem nego-

*negotiandi, & quod ſi pecunias habuiſſet has & has merces emiſſet, quas præ manibus habebat, & ſucceſ ſiue ex illis tantum lucratus fuiſſet, puta centum, ſed quia caruit pecunijs lucrũ amiſit, declarat* Paul.caſt. & Iaſ.*in l.iij.§.fin.ff.de eo quod cert.loc.fel.in c.cũ uenerabilis col.iij.nu.9.de except.& ibi* Dec.*et in l. quatenus in fin. de reg.iur.& in conſ.322.* Alex. *in conſ.cxli.uol.*V.Dec.*in l.diem functo num.*viij.*ff. de offic.aſſeſſo.*Curt.*in l.ij.§.mutui ff.ſi cert.pet.* Ru*be.in conſ.xx.& conſ.lxxxviij.quia probatio debet de neceßitate concludere c. in preſentia de probat. l. non hoc* C.*unde cognat.& multa poſſunt accidere ut per* Iaſ.*in d.§.fin.per tex.in l.quemadmodum §.item labeo circa fin.in uerſ.cum in certum fuerit an caperentur ff.ad l.aquil.& in l.naturalem §.1.in fin.ff. de acqui.rer.*Domin.

Ideo *dixit* Fel. *in d. c. cum uenerabilis quod minus preſtabitur quam quod re uera pecunijs habitis negociator lucri feciſſet, minus eſt enim habere aliqu id in potentia ſeu ſpe, quam in actu & re ipſa, & ex iſtens in uia adipiſcendi habet uirtualiter tantum, non actu, ideo minus habere intelligitur quam ſi re uera haberet fel. in d. c. cum uenerabilis nu.8. de except.* 34 Idem *fel. in c.* P.*& g. in princ. de off. deleg.& fiet eſtimatio in plus & minus ſecundum occurentiam facti, et hac ratione nobilis qui erat predium empturus, quod præ manibus habebat poterit petere intereſſe, p fructibus quos percepiſſet ſi fundum emiſſet ſecundũ* Pet. *de ancha, in conſ. cl. col. 2, &* Alex. *conſ. cc. lib. vi.* Cagnol. *hic nu. 44.*

35 *Aliam practicã tradit hoc in loco* Cagnol. *nu.42. que ſecundum ipſum eſt tutior, ait enim quod in materia intereſſe admittitur probatio per coniecturas, ut per* Bart.*hic col. fin. & Bald. hic col. 15. uerſ. 6. qualiter probetur* Iaſ. *in d. l. iij. §. fin. in glo ſolebat, & ſecundum eum ſufficiet probare a communiter accidentibus, ſcilicet quoc iſte eſt mercator, & ſolitus negociari, & quod ſimiles mercatores ſolent ex pecunijs ſuis quotannis lucrifacere tot pro ſingulis centenis, hanc concluſionem ſentit* Alex. *in conſ. cxli.lib. v. & in terminis ita tenet* Aret. *in l. continuus in §. cum ita col.2. ff. de uerb. obligat. &* Paul.*caſt. in l. cunctos populos col.pen.circa fin.C.de ſum.tri. & in conſ. 305. in cip. in cauſa in antiquis, &* Bald. *nouell. in tract. de dote fol. 31. in 3. ſpetiali col. 2. & ſubdit* Cagnol. *nu. 43 quod ita ſeruatur in practica, & quod hæc eſt melior & tutior uia, & facilior ſecundum eum, & hoc modo poterit peti intereſſe uniformiter, puta ad rationem quinq; uel ſex pro ſingulis centenis nummis.*

36 *Mihi magis placet prima opinio quæ eſt magis communis, & magis pia, & magis congruit legibus quæ dicunt quod eius quod intereſt difficilis eſt probatio l. fin. ff. de pretor ſtipu. cum alioqui ſi ſequimur* Cagnollum *nihil probatu facilius ſit quam intereſſe, preterea prona eſt uia ad uſuras, cum ſtatuitur certum quid in ſingulos cẽtenos nummos, deniq; intereſſe cõſideratur prout contingit illi certo homini, & illi certæ perſonæ, quæ pretendit intereſſe, non prout omnibus obuenit, ut al's ſæpe dixi, ideo non releuat pro-*

*bare*

*bare quod homines ſimiles ſingulo anno, tantam
ſummam lucrari ſolent, quia non ſemper omnes pe=
cunias habent in negocio, & ſic non ex omnibus
lucrantur.* Item *aliqui perdunt, aliqui lucran=* 37
*tur, ut etiam tradunt* Doct. *in locis allegatis, & ani
mæ & foro ſecurius eſt probare quod habebat merces
præ manibus quas comparare non potuit ob moram de
bitoris, uel quod quotannis cõſueuit ad nundinas pro
ficiſci, & tantam ſummam pecuniæ in mercibus com=
parandis expẽdere, que tanto precio emuntur in nun
dinis, deinde alio pretio domi ſuæ uenduntur, ut per*
Ang. *in l. continuus §. cum ita, & ibi* Paul. *caſt. ff.
de uerb. obligat. & quod hoc, uel illo anno minus ex
pendit, quia nõ habebat pecunias,* His *modis recte ꝓ
batur intereſſe lucri ceſſantis, tamen eſt magis diffici=
lis probatio, & eſt magis communiter approbata, ut
patet ex ſupra allegatis,* Ideo *hanc ſententiam uti ma
gis benignam, & frequentius receptam amplector, &
imputet ſibi creditor qui ſibi non proſpexit exigendo
per uiam iudicij, nam poſt litem conteſtatam plenius
illi ſuccuritur l. 2. & 3. §. in his ff. de uſur.*

Articulabitur *itaq; & probabitur quod is qui pe
tit lucrum eſt ſolitus negociari,* Alex. *in conſ. cxli.
lib. v.* Dec. *in conſ. 39.* Cagnol. *hic num. 40. nec
ſufficit quod tunc uelit incipere mercari ſecun=
dum* Bart. *hic &* Salic. *in d. §. cum per uenditorem,
&* Rebuff. *fo. 109. nu. 30.* Item *per unicum actum
non dicitur ſolitus mercari* Rebuff. *hic ubi multa al=
legat fo. 129. nu. 31.* Item *quod lucrum erat certum,
& probabile, & quaſi in actu, ſecus ſi incertum, &*

*in ſpe*

*in ſpe tantum l. quemadmodum §. item labeo ff. ad l. aquil.& eſt communis ſecundum* Rebuff. *fe.129.nu. 29.* Cagnoll. *nu. 41.* I*tem lucrum debet taxari ex poſt facto & pro preteritis damnis non autem ab initio contractus, nec pro futuro lucro, alioqui uidetur factum in fraudē uſurarū,* Rebuff. *hic fo.130.nu.43.*
39 Probato *igitur eo q; intereſt, licet non ſit probata sūma,* Iudex *debet condemnare reū ad intereſſe incertum & liquidandum in executione l. ij. cum ibi not. per* Bart. & Bald. *& alios ſupra tit. proximo* Cagnol. *in rub. nu. 6. & hoc in loco nu. 51. ſecus ſi facta ſit perſecutio, & ſpecificato intereſſe petiti, nam tunc niſi fuerit liquidatum nō ſit condemnatio, & ita ſecundum* Cagnoll. *ſeruatur in practica num. 53. uide eundem nu. 141. & in l. quatenus ff. de reg. iur.*
40 I*tē ꝓbato q; aliqualiter intereſt, poteſt iudex eſtimare id quod intereſt, & ſic quantitatem taxare, arg. d. §. ſi quod ex* Pamphila *ff. de legat. 2. cū ibi not. per* Bart. & Doct. Bart. *hic cir. fin.* Corn. *in conſ. 256. col. fin. et cōſ. 318. circa fin. uol. 4.* Cagnol. *hic nu. 55.*
41 I*taq; iudex ſi agatur de re mobili, puta ueſte, annulo, aut libro, iubere poteſt ut ſibi exhibeatur, qua exhibita facile apparebit, quantum deterior facta ſit, ſi uero ſit immobilis, puta fundus aut domus. in rem preſentem accedet ipſe una cum partibus, & peritis & re inſpecta de eſtimatione damni ſe informabit a peritis, & ſecundum eorum iudicium ſententiam proferet l. fin. §. ult.* C. *de iur. domi. impe. l. & tantum §. his conſequenter in uerb. off. iudicis expedietur ff. de ſeru. corupt. tex. eſt in l. ſi traditio* C. *de act. em*

*pt. glo.*

pt. glo. & Doct. in l. rem maioris cir. fin. C. de reſcind. uendit, Bart. in l. ſi quod ex pamphila in fin. ff. de legat. 2. ubi ait quod ſi eſtimatio probata non fuerit Iudex ex off. eſtimare debet inſpectis rei qualitatibus Bart. in l. & ſi equo ff. de legat 1. & in l. ſemper §. in hoc interdicto ff. quod ui aut clam, & Alex. in l. pretia col. 2. ff. ad l. falc. Ideo expedit ut pars iudicis off. imploret ut ſe informet ſuper damnis & intereſſe, iuxta ea quæ tradit Bart. in l. 2. c. fin. C. de reſcind. uendit. tradit Rebuff. hic fol. 106. in glo. ſubtilitatem nu. 16.

Facta relatione per peritos iudex ſecundum eorum relationem iudicabit ut not. Doct. in l. ij. C. de reſcind. uendit. & Bartol. in l. creditores in fi. C. de pignor. ſed hæc ſententia non tranſit in rem iudicatam ſecundum Bal. & Alex. in l. ſi ab hoſtibus col. iij. ff. ſolut. mat. fel. in c. propoſuiſti col. pen. uerſ. quarta concluſio de probat. Philip. in c. cum ceſſante de appellat. Iaſ. in l. admonendi col. xx. Maranth. in ſpec. aureo in ult. part. ſertæ partis principa. in iij. q. princ. fo. 81. nu. 96. niſi quando ſunt electi à partibus ut per Iaſ. in loco alleg. col. xxij. & Maranth. ubi ſupra. Qui electi ſaltem duo eſſe debent Bart. in prohem. ff. col. 1. fel. in c. propoſuiſti de probat. numer. vij. deſtinguendo ut ibi per eum nu. 7. & 8. & eligi parte citata, licet relatio per eos parte non uocata fieri poſſit Bart. in l. Theopompus circa fin. ff. de dot. prelegat. arg. in l. 1. §. marcellus ff. ſe pluſquam per leg. falc. legat. Maranth. in ſpecul. aur. in primo memb. ſextæ partis fo. 55. nu. 20. alr tamen loquitur Rebuff. fo. 42

107.

107.nu.30.in glo.ſubtilitatem.

43 Debet autem iudex ſemper habere equitatem præ oculis iuxta l.quod ſi epheſi ff.de eo quod cert.loc.ut quandoq; iudicet ex coniecturis ſecundū Bal.in conſ. cclxx.uol.1.Rebuff.fol.114.nu.85. tradit Bart. in l.ij.ad fin.C.de reſcind. uendit. ubi ait quod probatio intereſſe eſt difficilis, Ideo iudex debet ante oculos ha bere æquitatē, ſequitur Dec.in l.quatenus ff.de reg. iur. & in conſ.cccxxij. & Cagnol.num.136.

44 Sed ſi forte non ſit probata certa quātitas iudex ex officio poterit ſe informare examinando teſtes ex officio uel peritos tranſmittendo qui eſtiment & referant iuxta tradita per Bart.in l.ſi quod ex pamphi la ff.de legat.ij. & in l.ſemper §.in hoc interdicto ff. quod ui aut clam, & Bald.in l. ſi traditio C. de act. empto. Rebuff.fo.104.nu.41.tradit Bar.hic col.fin. ubi ait quod ſi intereſſe deductum, non fuerit directo probatū, poterit iudex ex officio de illo ſe informare & condemnare, & hoc extollit curt.hic in fin. & mi rabile exiſtimat Cagnol.nu.141. & ſal.col.āupe. & ante hos Nicol.de Math. & Cyn. Idem probauerunt idem tenet Paul.caſt.in d.l.ſi quod ex pamphila ff. de

45 legat.ij. ubi ait quod ille qui petit intereſſe, licet in termino ad probandum dato, non probet quātitatem, tamen non ſuccumbit, nec reus abſoluitur ſed poteſt implorare iudicis officium quod ipſe eſtimet intereſſe, & ang.in l.ſemper §.in hoc ff. quod ui aut clam, & ita communiter tenetur ut per Cagnol.nu.142.

46 Accedat id quod tradit aret.in c.cum cauſa col.v. de teſtib. ubi poſt abb. ait quod ſi eſtimatio rei non fuerit

*fuerit probata ſi tñ ex proceſſu per inſtrumenta aut coniecturas poteſt ellici eſtimatio, reus non eſt abſoluendus, ſed iudex ex officio eſtimare debet, quod ſi id ipſe ſolus facere nequeat puta quia non eſt peritus, aut quia coniecturæ non ſufficiunt, eligere debet peritos, & ab eis ueram rei eſtimationem diſcere, & ita queſtionẽ dirimere, facit tex. in l. ſi irruptione ff. fin. regun. dum ait quod ad officium iudicis pertinet menſores mittere, et per eos dirimere ipſam finium regundorum queſtionem, ut æquum eſt, & ſi ita res exigat oculis etiam ſuis loca ſubijcere, probat Alex. in l. pretia rerum ff. ad l. falc. ſalic. in l. ſi traditio in v. queſt. C. de action. empt. afflic. in deciſ. neapol. cap. lviij. & ita reſidet Cagn. col. pen. nu. 144. Aut ſaltẽ nõ pro* 47
*bata quantitate, conſtito tamen quod actoris interſit, debet iudex reum condemnare ad intereſſe liquidandum in executione c. auditis de ꝓcurat. tradit Alex. in conſ. clxxix. col. prima uol. ij. Bartol. & Bald. & alij in l. ij. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. profer. Cagnol. in rub. col. iij. nu. 6. et hoc in loco col. xi. nu. 53. uerſ. ſeptima dubitatio, contrarium tamen tenet Paul. caſt. in conſ. 377. in cauſa col. fin. in antiq. & Soz. in rub. col. fin. per text. in §. curare inſt. de act. Rñd. Cagnol. in rub. nu. 6. quod diſpoſitio de qua in d. §. curare habet locum quando in iudicio & proceſſu facta fuerat proſecutio ſuper eo quod intereſt tunc enim ſuper certa quãtitate debet certa proferri ſñtia, Idẽ Cagnol. hoc loco nu. 53. et in d. l. quatenus.*

*Quid ergo fiet ſi ſemiplene fuerit probatum inte=* 48
*reſſe, multi exiſtimant defferri poſſe iuramentum in ſuplemen*

ſuplementum probationum ut hoc in loco tradit bart. tradit bald. in conſ. 345. uol. 2. Iaſon & moder.in l. admonendi ff. de iur. iuran. facit text. in l. ſemper §. in interdicto & ibi glo. ff. quod ui aut clam, Rebuff. fo. 111. nu. 59. Soc. in Regul. 237. fel. in c. ueniens uerſ. quinta concluſio, de teſtib. Ba uer. in tract. de uirtute iura. nu. 76. Bald in l. ſi qñ nu. 3. & 4. C. unde ui Bald hic nu. 6. Abb. in c. 1. nu. 2. de reſtit. in integ. Ancha in c. paſtoralis num. de cauſa poſſ. & propriet. Alex. in l. id autem §. cũ autem nu. 8. ff. de eden.

49 Contrarium tenet Dec. in l. quatenus ff. de reg. iur. & Aret. in c. cum cauſam de teſtib. & in l. nemo ff. de duob. reis Dec. in conſ. 322. col. 2. Iaſ. in §. curare col. ult. inſt. de action. & Cagnoll. hic nu. 148. ubi atteſtatur communem, quia cum deponatur de communi ualore rei, uериſimiliter multi teſtes poſſunt haberi. Ideo quando teſtes haberi poſſunt, ceſſat iuramentum ſuppletorium ut per Alex. conſ 109. col. fin. lib. 4. Doct. in l. admoñendi ff. de iure iuran. Cagnoll. hic nu. 148.

50 Tamen aduerte quia dato quod communis eſtimatio poßit per plures probari, tamen damnum ipſum quale quantumq; illatũ fuerit, non facile probari poteſt l. fin. ff. de prætor. ſtipulat. Quid enim ſi unus tantum uidiſſet mihi a Ticio damnum dari, conſtat quidem de eſtimatione damni, ſed a quo fuit datum non conſtat. Ideo concordando opiniones poſſet dici quod eſtimatio debeat probari plene, ſed illatio damni ſemi plene probata poßit iur. ſuppleri, dum tamen concur

rant

*rant alia requiſita in delatione huiuſmodi iuſiurandi, de quibus per Doct. in l.admonendi ff. de iure iuran. cogita.*

*Ampliatur hec cõcluſio, ut etiã uſq; ad concluſum in cauſa, deferri poßit huiuſmodi iuſiurandum, ſecundum Bald. in d.conſ. cccxlv. in fi. uol.ij. declarando ut per Soz. in reg.237. & per Fel. in d.c.ueniens, extra de teſtib.*

## INDEX IN VERS. QVOD RE VERA.

DAMNVM *quid ſignificet num.1.*
*Damnum duplex num.2.*
*Totum in caſibus incertis preſtatur num.3.*
*Moderate ſarcitur damnum totum num. 4.*
*Damnum re uera datum ſarcitur num. 5.*
*Lucrum dicitur quod pretio erogato accreſcit nu.6.*
*Damnum in factis an ſingulariter conſiderari poßit, & an duplum admittat num.7.8.9.*
*Singulare intereſſe hic non tractatur num.9.*
*Simplum an reperiatur in facto promiſſo num.8.9.*
*Conſtitutio loquitur de cõmuni intereſſe nu.7.9.12.*
*Damnum uerum non eſt quod ſupra iuſtum eſt pretium num.10.*
*Damnum non eſt quando admittitur aliquid ex quo non diminuitur patrimonium num.10.11.*
*Intellectus legis noſtræ num.7.9.12.*
*Affectio non auget eſtimationem numer.13.limitatur multis modis à num.14.ad num.19.*
*Vtilitas coniuncta cũ affectione conſideratur nu.14.*

*Vtilitas ſingularis non conſideratur num.15.*
*l.competit ff. quod ui aut clam quõ procedat nu.16.*
*Amenitas locabilis num.16.*
*Actio ob affectionem datur num.17.*
*Iuratur in litem ſupra iuſtum pretium num.18.*
*Intereſſe non eſt, ſed pœna, id quod ſupra iuſtum pretium iuratur in litem, num.18.*
*l.iij.§.qui ſepulchri ff. de ſepul. uiol. quomodo procedat num. 19.*
*Pretium quanti plurimi an totum debeatur num. 20. quod non, ſed uſq; ad duplum tantum, nu.22.28.*
*l.ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff.de act.empt.quo modo procedat num. 23.*
*Diuinatio non eſt intelligere unam legem ſecundum aliam num.24.*
*Pretium repreſentat rem, & quomodo, nu. 25. 26.*
*Pretium aliquãdo petitur tanquam intereſſe nu.27.*

## VERS. QVOD RE VERA.

1 DAMNVM *Dicitur diminutio patrimonij l. iij. ff. de dam. infect. dicitur etiam damnum cõmodi amiſsio l.ij.§.merito ff. ne quid in flum.publi. probat expreſſe tex.in l.ſi ſeruũ in fin.ff.ad l.aquil. ubi amiſsiſſe dicimur quod nobis abeſt, aut quod erogare cogimur, immo & qui uoluntatem non explet, dicitur pati damnũ ut hoc loco tradit* Rebuff. *fo.18. nu.20. & an damni appellatione ueniat pretium rei, uide* Bald. *in l.terminato col.pen.in fin.C. de fructib. & lit.expen. &* Bart. *in l.1.§.fin. ff. ſi quis iuſti.nõ obtemp*

obtẽp, & ibi Alex.nu.7. & Mill.in reperto.in uerb. damni, & quid de pena & de fructibus uide Dec. in c.1.in ij.lect.col.1.de conſtit. Damnũ quid ſit, tradit Paris cõſ.cxi.nu.23.uol.1. Ant.fume.hic in prin.nu. 5. & nu.9. Alciat.ibid.nu.25.Berthachin.in tract.de gabell.in v.mẽb.octaue part.princ.nu.15.cepol. in l. aiũt nu.10.ff.de edil.edict.Idẽ cepol.ĩ l.aliud eſt cape re §. hec uerba ff.de uerbo.ſignif. Euerard. in tract. Argumẽt.cap.vi. Mill.in reperto.in uerb.dãni appel atione, Franch.in c.ſi canonici §.ſcituri nu.3.de ele ctio.lib.vi.Bal. in c.quia nonnulli nu.6. de reſcript. & in c.grauis nu.3.de reſtit. ſpoliat.et quid ſit dam num & lucrum uide Bald.in cõſ.clxxxij.nu.2.uol. primo & an qui impedit lucrũ intelligatur dare dam num, Ibid.Bal.nu.3. & ibid, tradit ad quid teneatur conductor qui uendidit, & an ad hoc ut damnum ſar ciatur oporteat quod qui paſſus eſt ſit ſolitus nego= ciari? quod non, tradit Alex.in conſ.xxxi.nu.9. & 10. uol.vi. damni enim magis quam lucri fauorabilis eſt cauſa, et facilius in dãno ſubuenitur, ut ꝑ Crauet. in conſ.cxx.nu.2. & etiam qđ habeatur ratio damni ex operis amiſſis tradit idem Crauet.cõſ.cxix.nu.6. Sane quod attinet ad materiam, accipiemus hic agi de damno proprie, ideſt de diminutione patrimonij, & ſic non comprehendit lucrum ceſſans, quia de eo poſtea ſeparatim fit mentio in fine conſtitutionis, Item non comprehendit iniuriam, nec uoluptatem, nec affectio= nem, nec uicinitatis commoditatem, ſed damnum quod conſiſtit in commodo pecuniario, ita probat text.in l. 1.§.ſed ſi rẽ uerſ.et aľs uideamus ff.ſi quid in fraud.

*patro.l.fin.ff.de op. ſer. Ideo quicquid ſupra iuſtum pretium eſtimabitur, damnum eſſe pecuniarium non intelligetur, d.§.ſed ſi rem, & d.l. pretia ff. ad l.falc. & l.ſi ſeruū ff.ad l.aquil. & ꝑpterea nec de uicinitate, nec de temperie cœli, nec de affectione ad res auitas, aut ad ſepulchra maiorum, nec de aliqua ſimili re, quæ eſtimari, uendi ue communiter non ſolet, tractari in cōſtitutione noſtra defendemus, quæ enim huiuſmodi ſunt, licet pariant actionem ad aliquid con ſequendum, ut in l.ſi cui fundus ff. de legat.ij. & in l. ſi in emptionem ff. de minor. & in l. libertus qui ſoluendo ff. de bon.libert.cum alijs ſimilib.tñ non pariunt intereſſe, quod ipſum peti poſſit, nec eſtimantur pretio pecuniario, d.§.ſed ſi rem, & de l. pretia, & d.l. ſi ſeruum, ut ſæpe dixi, Item nec de uulnere, nec de iniurijs illatis hic agi tuebimur, niſi quatenus quis ſeruus ob uulnus eſt factus uilioris pretij, aut in eius curationem impenſum eſt.*

2 *Damnum autē, de quo agitur in materia noſtra, duplex eſt, ſecundum ſcl.in c.P.et G. de off.del. alterum eſt quando aliquid nobis aufertur, ſeu amittimus quod re ipſa habemus, & hæc eſt uera patrimonij diminutio, & de hoc loquitur text. noſter in uerb.damnum, aliud eſt quod in impedimēto lucri conſiſtit, cum impedimento alicuius fit, quo minus aliquid lucrifaciamus, quod alˀs eramus facturi, & de hoc loquitur text. in uerſ. pen. cum de lucro facit mentionem, In his conſiſtit intereſſe, d.l.ſi cōmiſſa, ibi quanti interfuit .i. quantum mihi abēſt, quantūq; lucrari potui, & in l. ſi ſeruum cir.fin.ff.ad l. aquil. an autem utrūq; ſarciri*

ſarciri debeat, tradit fel. in d. c. P. & G. de off. de leg. & in c. cum uenerabilis col. iij. nu. 7. de excep tion. & ſit concluſio quod ſic per Doct. communiter approbata, Bart. hic & glo. in c. cõqueſtus de uſur. Abb. in c. P. et G. in p. notab. de off. deleg. & Fel. nu. 1. & Inno. in c. ſacro de ſñt. excom. & hoc in loco communiter Doct.

Illud eſt aduertendum quod conſtit. noſtra in caſi= 3
bus incertis, ait totum id eſſe preſtandum, quod dam= num re uera datum eſt, & ſic in caſu iſto ceſſat regu la dupli, de qua tractatum eſt ſupra in uerſ. dupli, Ra tio eſt in promptu, quia nullum eſt ſimplum quod dupli cari poßit, ſed omne quod intereſt ſimplum eſt, & ſu pra illud nihil amplius intereſt, Ideo nthil amplius eſti mandum eſt, aut duplicandum, ut hoc in loco tradit Bart. & tradunt cæteri.

Sane non ſimpliciter ait lex omne omnino quod dã 4
num quis patitur preſtandum eſſe, ſed moderate, & ſic non in infinitum, & per hoc arbitrio Iudicis mul= ta relinquuntur, ut fit in l. uideamus §. iurare & §. ſeq. ff. de in lit. iuran. & hoc arbitrium in modera mine, non autẽ in immodica taxatione, nec in circui= tu in extricabili uerſari debet, ut hic ait text. ne alio qui pro ſua impoßibilitate cadat, ex quo infero quod impia fuit, & barbara illa ſententia, de qua meminit hoc in loco Cagnol. col. ix. in fin. nu. 46.

Item oportet quod iſtud damnum, quod preſtari 5
oportet, ſit re uera datum, nõ autem imaginarium, nec uoriſimiliter datum, ſed re uera datum.

Hic interpello Doct. illos, qui nullis rerum publica

*rum adminiſtrationibus, nulliſq; ciuitatum gubernaculis unquam prefuerũt, ſed in ſola reuolutione librorum uerſati ſunt, & quero ab eis exemplum damni re uera dati in caſibus incertis, in ſingulari intereſſe, quod moderate eſtimetur, non loquor de lucro ſingulari, ſeu commoditate amiſſa, nam poſtea de lucro agitur ſeparatim in fine conſtitutionis, ſed loquor de damno ſingulari re uera dato, & de hoc quero exemplũ, Ego profecto neſcio inuenire, querant ipſi, nam quod attinet ad librum illum in quo memoria localis conſtituta eſt, quicquid ſupra iuſtum, & commune pretiũ eſtimatur, lucrum eſt l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. & cõmoditas illa amiſſa non eſt diminutio patrimonij, ſed eſt lucri cuiuſdam, & commoditatis amiſsio, Idem dico de fundo uicino, nam ob fundum illum traditum, aut euictum, nihil diminuitur de patrimonio ſupra iuſtum pretium, ſed lucro quodam, ſeu commoditate priuamur, idem dico de cæteris ſimilibus, nam ex quo nemo intelligitur locupletior eſſe ſupra iuſtum pretium d.l. ſi ſeruum, nõ poſſumus dicere, quod is patiatur detrimentum, ſeu damnum, licet priuetur re illa, ſed caret commoditate, & lucro quodam ſingulari.*

6 Deniq; *ex quo tanti ſibi nõ conſtitit, illud quod accreſcit, lucrum eſt, non damnum, prout etiam lucrum eſt, ſi ſerui paruo empti pretium creſcat, nã illud augmentum dicitur lucrum ut in l. in fundo ff. de rei uẽdic. & ſic concludo quod damnum ſingulare re uera datum non poteſt conſiderari, nam ſi quid ſingulariter conſideratur, illud potius eſt lucri amiſsio, quam rei detrimentum, ſeu damnum proprie ſumptum, pro*

*ut accipitur hoc in loco, ubi lex ipſa diſtinguit lucrũ à damno, & propterea debemus querere ſeparatim utriuſq; exempla, & damnũ proprie accipere,* Prete*rea dico quod exempla ſupra poſita sũt de caſibus certis, in caſibus autem incertis multo magis hæc procedent, nec mihi uidetur quod caſus ullus, ullum ue exemplum accomodari poßit.*

Dixerit *aliquis poſſe caſum concipi in eo, qui* Ro*mam ire promiſerat ad negotia mea procuranda, quod tamen non fecit, & propterea perierunt animalia mea, putà pſitacus, uel pica, quam in delicijs habebam, aut ſeruus carißimus, putà alumnus, aut frater naturalis, aut fundus auitus alteri ad iudicatus eſt,* R*eſpondeo quod aut damnum hoc caſu conſideratur, quatenus uera & iuſta eſtimatio ſe extendit, aut quatenus ſingulare pretiũ ſe protendit,* Pri*mo caſu quando damnum conſideratur quatenus uera & iuſta eſtimatio ſe extendit, tunc clare conſtat quod hæc conſtitutio loquitur de uera & communi eſtimatione in caſibus incertis, qua ratione idem dicen dicendum eſt in ſuperiore caſu, ſcilicet quando caſus continet certam qnantitatem, loquitur enim de eodem pretio, & de eadem eſtimatione uera & communi, & illa aſcendit ad duplum tantum pretij cõuenti, utroq; enim caſu loquitur hæc conſtitutio de eodem pretio, & de eadem eſtimatione, & in hoc tantum fit differẽtia, quod uno caſu duplum pretij conuenti non excedit, alio caſu totũ debetur, tñ ſemp eadẽ eſt eſtimatio.* 7

*Secundo caſu ſi dicimus quod damnum cõſideratur quatenus pretium ſingulare ſe protendit, & ſic quic-* 8

quid ſupra iuſtum, & uerum pretium eſtimatur, & tunc dico quod iſtud non poteſt dici damnum re uera datum, quia iſtud quod ſuper excedit, non eſt uerum pretium, ergo nec uerum damnum, Item ex hoc non efficitur quis, nec locupletior, nec pauperior, l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. ergo nõ eſt uerum damnum, ſed imaginarium, & in affectione conſiſtens, & non conſiderabile, ex quo apparet quod in huiuſmodi damno ſingulari non poteſt uerificari conſtitutio noſtra, quæ loquitur de uero damno, ideſt de uera diminutione patrimonij, l. iij. ff. de dam. infect. & propterea cum conſtitutio noſtra in caſibus incertis non poßit uerificari in pretio, ſeu intereſſe ſingulari, fateri oportet quod nec etiam de huiuſmodi pretio ſeu intereſſe loquitur in caſibus certis, Item dico aduertendum eſſe quod Iuſtinianus omnes caſus, quos poßibile eſt reſtringi, ad duplum reſtrinxit, Ideo cum caſus incertos non reſtrinxerit, credendum eſt quod ad duplum reſtringi non potuerint, & hoc uidentur fateri Doct. dum aiunt quod in caſibus incertis ſimplum non reperitur, uolunt dicere quod nihil intereſt ſupra ſimplum, & quod totum eſt ſimplum Illud quod intereſt.

9 Tamen ſi fatemur quod hic agatur de ſingulari intereſſe, non poteſt negari quin ſimplum reperiatur, & quin reſtringi potuerit id quod intereſt etiam in caſibus incertis, nam in caſu propoſito, in quo ſeruus carißimus perijt, aut fundus uicinus, ſeu auitus alteri adiudicatus eſt, uel pſitacus perijt, uel ſeruus frater naturalis euictus eſt, nõ põt negari quin ſubſit ſimplũ, licet enim factum quod in obligatiõe eſt, incertum ſit;

tamen

*tamen res in qua damnū datum eſt,certa eſt per quantitatem uel naturam,quod uidetnr ſufficere,per hunc tex.& ſubeſt ſimplum,uȝ.pretium uerum ſerui, uel fundi,uel pſitaci,quod uero ſupra iuſtum pretium eſt, illud erit ſingulare intereſſe l.ſi ſeruū ff.ad l. aquil. Ideo potuit etiam caſus incertus ad duplum reſtringi ut ſcilicet ſingulare pretium nō excedat duplū pretij communis rei perempte, tamē ſentit Iuſtinianus quod hi caſus non poßint ad duplum reſtringi, Idem etiam fatentur communiter Doct.ut hic per Bartol.col.iij. uerſ.iſta ſua, & per alios, ergo fateri oportet quod hic non agatur de ſingulari pretio , nec de ſingulari intereſſe,ſed de communi, & tunc uerum eſt quod in caſibus incertis nihil eſt quod poßit duplari,quia totum eſt ſimplum,cum autem defendamus in caſibus incertis tractari de communi intereſſe, eadem ratione Idē rñdendū eſt in caſibus certis,quicquid dicant alij.*

*Igitur ego dico quod in tali caſu in quibus factum* 10
*promiſſum eſt,nihil duplicabitur,quia uere non ſubeſt ſimplum, ſed omne quod damnum datum eſt ſimplum eſt,fiet ergo eſtimatio damni,quātuncunq; eſt,communiter tamen,ideſt ſecundum communem eſtimationem ut fit in d.l.ſi ſeruum ff. ad l.aquil. & in d. l. pretia ff.ad l.falc.maxime quia ut dixi iſtud quod ſupra iuſtum pretiū conſideratur,lucrum eſt, non autem damnum,ex quo nec tanti ſibi conſtitit,nec tanti uendere poteſt,arg.l.ſi ſeruum ff.ad l.aquil.uerſ.& amißiſſe & ſic non poteſt dici quod in hoc diminutum fuerit patrimonium,ut oportet l.iij.ff.de dam.infect.& d.l. ſi ſeruum.*

11 Et dato quod ſit damnum, non poteſt dici damnum re uera datum, ſed ex imaginatione tantum, & ex affectione, non enim uendi poteſt huiuſmodi utilitas ſingularis, nec in contractum deduci d.l.ſi ſeruum ff. ad l.aquil.l.pretia ff.ad leg.falc. & iſta commoditas, quæ conſiſtit in uicinitate, aut in amenitate, aut in uoluptate, ſeu affectione non recipit eſtimationē pecuniariam, nec in patrimonio conſiſtit, nec computatur in commodo pecuniario d.l.1.§. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud.patro. ergo non pōt dici damnum re uera datum, ideſt diminutio patrimonij re uera facta l.iij. ff. de dam.infect. & ſic cum nō conueniant uerba legis, nec etiam conuenit diſpoſitio l.iiij.§. toties ubi Bart. & Alex.ff.de dam.infect.

12 Ex his conuincitur quod conſtitutio noſtra non loquitur de ſingulari intereſſe, ſed de omni eo quod intereſt, ideſt de omni damno & lucro communiter eſtimato, et quod uerſatur in commodo pecuniario, iuxta tex.in l.ſi commiſſa ff.rem rat.hab. iuncta l. ſi ſeruū ff.ad l.aquil. & iuncta l.1.§. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud.pat.ut alias ſæpe dixi, & adhuc repeto.

13 Sequitur etiam alia concluſio quod affectio non auget eſtimationem, nec habetur ulla ratio interſſe affectionis, hanc concluſionem probant communiter Doct. Bart. hic col. 8. uerſ. & ideo circa hoc Cagnol. col. 14. in princ. nu. 62. & nu. 137. & col. xv. nu. 67. & Dec. nu. 46. & latius nu. 84. Rebuff. in glo.1. ſo. 53. nu. 83. & nu. 87. ubi tradit hoc pro regula, tamē hæc regula ſecundum multos recipit nō nullas limitationes.

Limita

*Limitatur primo ut non procedat in caſu in quo u-* 14
*tilitas ſit coniuncta cum affectione, tunc enim de ea ha-*
*betur ratio ſecundum* Doct. *Bart. hic col. viij. uerſ.*
*ſi uero queras* Dec. *col. xij. nu.* 84. Rebuff. *fo.13.*
*nu.* 88. Cagnol. *nu.* 67. Albe. *in l. 1. ff. de in lit. iu*
*ran. &* Doct. *hic communiter. Quod ego admitto, quã*
*utilitas iſta in commodo pecuniario uerſatur, hoc eſt*
*quando ex ea commodum pecuniarium percipi poteſt,*
*puta uendendo, uel locando, uel alias contrehendo, ſe*
*cus ſi in uoluptate, aut uicinitate, aut amenitate, aut*
*affectione conſiſtit, quia ex his non percipitur commo*
*dum pecuniarium l. 1. §. ſed ſi rem ff. ſi quid in fraud.*
*patron. l. fin. ff. de oper. ſeruo. nec ex his quiſquã*
*cenſetur locupletior l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. l. pre*
*tia ff. ad l. falc.*

*Item dato quod utilitas aliqua pecuniaria percipi* 15
*poßit, tamen ſi ſit ſingularis de ea non habetur ratio,*
*putà de pretio raro quod ex momento temporis con=*
*ſtituitur l. pretia infin. ff. ad l. falc. aut ex inſolita*
*caritate, aut ab uno aut altero fuerit oblatum, aut da*
*tum, aut ſperari poteſt, putà à patre, aut alia perſo=*
*na quæ ſingulari affectione mouetur ut in l. ſi ſeru=*
*um ff. ad l. aquil. d. l. pretia & ibi* Bart. *ff. ad l. falc.*
*glo. magna in l. 2. in ult. queſt.* C. *de reſcind. uen=*
*dit. c. 1. ibi carius uendant quam in mercatu uendere*
*poſſent de empt. & uend. facit text. in l. licitatio in*
*princip. ff. de publica. & uectigal. ubi licitatio quæ*
*colore licitantis ultra modum ſolitæ conductionis in*
*flauit, non eſt admittenda, faciunt ea quæ congerit* Ti
*raquel. in tract. de retract. §. 1. in glo 18. fo. 342.*
*nu.*

*nu.1.2.3. ubi de iuſto pretio loquitur, Doct. tamē admittunt ſingularem utilitatem in locis allegatis quod mihi nō placet, ut ſæpe dixi, Ideo amplius non inſiſto.*

16 *Limitatur 2. hec concluſio ut non procedat in caſu de quo in l. competit & ibi* Albe. *ff. quod ui aut clam, &* Rebuff. *fo. 56. nu. 102. in glo. 1.* Tu *dic quod ibi illa amenitas locabatur, & ſic utilitas conſiſtebat in commodo pecuniario, ut tradit* Ferrett. *hoc in loco fo. 101. nu. 21. quicquid dicant alij.*

17 *Limitatur 3. ut non procedat quo ad conſequendam actionem, ad hoc enim ut detur actio ſufficit q̄d noſtra interſit ex affectione l. cum ſeruus extero ff. mand. l. ſeruus ff. de ſeru. export. l. libertus qui ſoluendo ff. de bon. libert. l. ſi in emptionem ff. de minorib. l. ſi cui fundus ff. de legat. 2.* Glo. *in l. fin. ff. de oper. ſeruo. ſed propter affectionem intereſſe ipſum non petitur ut dixi.*

18 *Limitatur 4. non procedere in his in quibus iuratur in litem, nam tunc ſupra iuſtum pretium preſtari debet, id quod actor iurauerit ex affectione, ſeu ex placito, & ex arbitrio ſuo, hoc probat glo. in uerb. contractib. probat* Dec. *nu. 84. & eſt text expreſſus in l. ſi tutor, ibi arbitrio domini pretium ſtatuendum ſit ff. de in lit. iuran.* Tamen *re uera hoc caſu illud quod ſupra iuſtum pretium iuratur, non eſt intereſſe ut exprimit text. in l. non à iudice ff. de iudic. ſed eſt pœna contumaciæ ut probat text. in l. 2. in uerb. punitur, & in d. l. ſi tutor in uerb. punienda ff. de in lit. iuran. & ſic uidetis quod re uera affectionis intereſſe non petitur.* Idem *eſt in intereſſe ſingularis utilita*

*utilitatis, ut dixi ſupra in prima limitatione, Quicqu id dicant alij.*

19 *Limitatur ẽt non ꝓcedere in caſu de quo in l. iij. §. qui ſepulchri ff. de ſepul. uiol. ubi expreſſum eſt quod illi qui de ſepulchri uiolati actione iudicant, eſtimare debẽt quatenus interſit, ſcilicet ex iniuria quæ facta eſt, & ex lucro eius qui uiolauerit, uel ex damno quod contigerit, uel ex temeritate eius qui fecit, & hoc probat* Rebuff. *in glo. ult. fol.* 126. *nu.* 3. Tamen *mihi uidetur quatenus de iniuria, & de temeritate loquitur, non fiat eſtimatio, tanquam de re pecuniaria, ſed tanquam de uindicta, & ſic pœna eſt illa quæ infligitur, non autem damni aut lucri eſtimatio, & hoc exprimit text. in l. pen. ff. de ſepul uiol.*

*An autem poßit iurari in litem in infinitũ, & quatenus ſe extendat iuramentmm in litem, uide ſupra in uerſ. hoc quod intereſt nu.* 9. & 10. *Vide etiam ſupra in uerſ. dupli in* 14. *concluſione nu.* 25.

*An autem pretium quanti plurimi res poſt moram* 20 *fuerit, totum preſtari debeat, non leuis eſt queſtio, ſi duplum pretij conuenti excedat,* Exemplum *emi decẽ amphoras uini pretio aureorum quinq;, poſtea ante traditionem uini pretium creuit uſq; ad ſummam* xx. *aureorum, ita enim cõmuniter uendebatur tanta uini quantitas, rurſus decreuit, & ad priſtinam quantitatem reuerſum eſt, ſeu etiam minus, queritur quantum intereſſe nomine preſtandum ſit, dicunt* Doct. *quod in primis uinum ipſum preſtatur, ſeu pretium quod hodie ualet, deinde quanti plurimi fuit poſt moram, & ſic preſtabuntur* xx. *in quo tamen computabitur*

tabitur uinum quanti hodie ualet, hoc uidetur exprimere tex. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ubi ait quod omnis utilitas uenit in hoc iudicium, & ſic tota ſumma, non autem duplum tantũ

21 arg. l. à procuratore C. mandat. Maxime quia pretiũ ipſum quantuncũq; eſt, repreſentat rem d. §. cum per uenditorem, et creſcente pretio uini creſcit obligatio & omnino totum eſt preſtandum, quia ſi olim datum fuiſſet, hodie id haberet, quia uero datum non eſt, ſaltem hodie dandum eſt, quod olim dari oportuit, d. §. cum per uenditorem, ex quo apparet quod niſi totum omnino pretium quanti plurimi fuit, preſtetur, non intelligitur preſtata omnis utilitas, nec omne quod eſt in obligatione, ait enim tex. quod obligatio creſcit, eatenus quatenus creſcit pretium, ergo ſi totum non reddatur, non datur id quod in obligatione eſt, ut hoc in loco late tradit Cagnol. nu. 59. uſq; ad nu. 64. ubi late defendit quod pretium totum quanti unquam plurimi fuit ſupra duplum, etiã ſi rariſſimum fuerit pretium, preſtandum eſt, & ibid. nu. 64. atteſtatur hanc ſententiam communi ſuffragio eſſe comprobatam, quã ſequuntur Alex. Iaſ. Curt. & alij recentiores in l. uinum ff. ſi cert. pet. & Dec. in l. ij. in ult. cart. C. de reſcind. uendit.

22 Contraria ſententia mihi uidetur uerior ſcilicet quod uſq; ad duplum pretij cõuenti tantum, extendi poſſit condemnatio, & ſic in caſu propoſito ad ſummã decem aureorum tantum aſcendet, per hunc text. qui hoc expreſſe determinat, Idem expreſſe determinat tex. in l. Ticius in fin. cũ l. ſeq. ff. de act. empt. de quo

text.

*text.uide quæ dixi ſupra in uerſ.ſancimus nu.8.* Idẽ *probat tex.in l.cũ fundus uti optimus ff.de euictiõ. hoc idem tenet Curt.hic col.xvij. et expreßius* Dec. *nu.87.in ij.lect.col.ãnpen.circa fin.& admiſſo ſenſu meo ad hanc legem, quem probant magis communiter recentiores, irrefragabilis eſt hec concluſio.*

Non *obſt.adducta in contrarium, nam ad text. in d.§.cum per uenditorem, poteſt reſponderi quod tex. non expreſſe ait quod tota utilitas preſtanda ſit, ſed omnis, uult ergo dicere quod omnis ſpecies utilitatis ex quacunq; cauſa proueniens uenit in hoc iudicium, dummodo circa rem conſiſtat, quatenus autem preſtanda ſit, an ſcilicet tota ſupra duplum, an uero uſq; ad duplum tantum, non aperit tex. recurremus ergo ad hunc tex. qui magiſtraliter loquitur, & loquitur de omnibus caſibus, ergo comprehendit etiam illum, l. à procuratore* C.*mandat. & quia hæc lex diſtinguit huic ſtandum eſt l.non eſt nouum ff.de legib.cũ l.ſeq. ſalic.in l.filiæ cuius pater in uerſ.expeditis* C.*famil. herciſcun.& ſalic.in l.apud antiquos* C.*de furt.* Io. *neuiz.in ſyl.nuptial.fo.194.col.1.tex.eſt in §.quibus in prima conſtit.* Cod. Bart. *in l.omnes populi in iij.queſt.princ.col.viij.ff.de iuſt.& iur.* 23

*Poteſt etiam rñderi quod dato quod de omni ſeu tota utilitate ac ſumma loquatur text.ille, tamen debet reſtringi dummodo non excedat duplum, per hunc tex.ita reſtringentem, & diſtinguentem omnes caſus ut ſupra dixi, nec dicatur quod hæc ſit diuinatio, quia ego dico quod nõ eſt diuinatio hæc, ſed ſuppletio quæ fit per alias leges, quæ optima eſt interpretatio d.l.* 24

*non*

*non eſt nouũ, & in .1.conſtit.cod.§.quibus, & huiuſ modi diuinatio pmiſſa eſt ut per* Rip.*in l.1.nu.22.ff. de uulg. & pupill.immo fieri præcipitur d.§.quibus.*

25 *Non obſt. quod pretium repreſentat rem fictione iuris, & quod totum pretium eſt in obligatione, d.§. cum per uenditorem, ideo ſi minus preſtetur, minus quam debeatur dabitur, ut hic per* Cagnol.*nu.61.quia dico quod tex.ille loquitur de pretio preſenti, ſeu per ſeuerante, & ideo recte ait text.quod ſi olim datum fuiſſet uinum, etiã hodie haberet totum pretium, hoc enim uerum eſt ſi preſupponamus quod pretium perſeuerauerit, ſi uero decreuiſſe proponatur, non eſt omnino uerum quod ſi datum fuiſſet uinum, hodie haberetur pretium integrũ, quod iam decreuit, forte enim nõ uendidiſſet, pro ut quotidie uidemus euenire, quo preſuppoſito, ſi nunc uendat, tempore quo pretium decreuit, tantundem non conſequetur, quantum antea*

36 *ualuit, loquitur ergo ille tex. de pretio creſcente, qđ adhuc perſeuerat, ibi hodie pluris fit, & tunc fateor quod pretium repreſentat rem ipſam, nam ſi habeo rem, habeo pretium, ex quo tanti poteſt uendi, ita procedat id quod tradunt* Doct.*in l.uinũ ff.ſi cert.petat. & hoc totum preſtandum eſt tempore quo petitur, quia ſiue des rem, ſiue pretium, Idem eſt in effectu, & in utilitate, Si uero pretium iam decreuit, non poſſumus dicere quod pretium iam preteritũ & quod amplius non durat repreſentet rem, quia plus eſt pretium, quam res, & quemadmodum creſcente pretio creſcit obligatio, eadem rõne diminuto pretio diminuitur obligatio, arg.l.fin.ff.de legat.iij.l. & ſi cõtra*

*tabulas*

*tabulas ff. de uulg. & pupill. l. in ratione la ſecunda ff. ad l. falc. l. pen. & ibi* Bald. C. *de ſolut. l. 1.* C. *de iure emphit.*

ET *hoc caſu illud plus non petitur tanquam pretium, nec tãquam aliud repreſentans rem ipſam, nec tanquã aliquod uerſans in obligatione principali, ſed tanquam intereſſe, & tunc ſumus in diſpoſitione legis noſtre, & illud non preſtatur totum niſi uſq; ad duplum pretij conuenti, ita procedat opinio Curtij & Dec. quæ meo iudicio uerißima eſt, quicquid dicat Cagnoll. hic nu. 64. ſimilis diſtinctio fit in fructibus ut qñ petuntur tanquam fructus, omnes preſtentur, ſi uero petantur tanquam intereſſe, duplum non excedunt, ſentit* Ferret. *hic nu. 28. fo. 109. & in tract. de mora fo. 49. nu. 39.* 27

NEC *refert quod quanti plurimi preſtari oporteat, quia temperatur uſq; ad duplũ, & reſtringitur ad cõe pretium, non autem ad rarißimum, & ſingulare, quicquid hic dicat* Caguol. *nu. 64. nam etiam in lege aquilia oĩa detrimenta preſtantur l. inde neratius §. in sũma ff. ad l. aquil. & quãti plurimi eo anno fuit d. l. inde. §. idẽ iulianus 3. ff. ad l. aquil. inſt. eod. in princ. & §. at nec,* Tamen *nemo dixerit ꝙ rarißimum pretium ueniat in ea actione, ſed cõe tantum l. ſi ſeruũ ff. ad l. aquil. nec ſupra duplum ſi dolus ceſſet, per hũc text.* Ita *ergo etiam interpretabitur text. in d. l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem. ff. de act. empt. de qua re uide quæ latius dixi in l. uinuum ff. ſi cert. petat.* 28

O INDEX

LVCRI Ceſſantis ratio habetur in intereſſe, num. 1. Fallit quando lucrum adimit ille, qui iure ſuo utitur, num. 2.
Molendinum edificans iuxta aliud an impediri poßit, num. 4.
Artifex an erigere apotecam poßit apud aliū, nu. 4.
Lucrum immediatū ex facto uenit in intereſſe, nu. 5.
Lucrum ex re immediatum uenit in intereſſe, nu. 6.
Lucrum cum iniuria alterius non preſtatur, num. 7.
Minus tñ preſtatur quã re uera lucratus eſſet, nu. 8.
Minus eſt habere in ſpe, quam in actu, num. 8.
Lucrum amiſſum culpa actoris non preſtatur, nu. 9.
Lucrum nou excedit duplum pretij conuenti, nu. 10.
Vſuræ an ſemper odioſæ, num. 11.
Lucrum damno deducto intelligitur, num. 12.
Eſtimatio communis attenditur quæ uigebat tempore contractus, num. 13.
Lucrum extra rem regulariter nõ preſtatur nu. 14.
Fallit num. 15. cum mult. ſeq.
Solitus negociari lucrum extra rem conſequitur, nu. 16. ſecundum communem.
Contrarium uerius eſt num. 17. 26. 27. declaratur multis modis num. 28. cum mult. ſeq.
Correctoria non eſt hæc lex, num. 20.
l. iij. §. fi. ff. de eo quod cert. loco. caſum ſpecialem con tinet, num. 26.
Intereſſe ſingulis annis an debeatur nu. 33. quod ſic, ita tamen quod duplum nõ excedat nu. 34. & 35.
Moroſus quatenus delinquat, & quatenus punien= dus ſit

dus ſit, num. 35.
Vſuræ duplum non excedunt num. 34.
Intereſſe pena eſt, num. 35.
Intereſſe alterius intereſſe an preſtari debeat? quod non, contra Cagnol. nu. 36. cum mult. ſeq. nu. 43.
Intereſſe reſpectu petentis an ſit ſors num. 38. quod non num. 41.
Extrinſecum intereſſe an & quatenus preſtari debeat num. 44. cum mult. ſeq.
Extrinſecum intereſſe ſupra duplum an debeatur num. 61.
Lucrum quod amittimus ex facto alieno preſtandum eſt, & quomodo, num. 62. 63. 64.
Gerens ſe pro eo quod non eſt, tenetur ad intereſſe, num. 64.

## VERS. ETIAM EX LVCRO.

LVCRI Ceſſantis ratio in condemnatione eius quod intereſt an haberi debeat nõ leuis eſt queſtio fiet ergo concluſio ſecundum text. noſtrum, qui hoc loco expreſſe ait quod ueteres etiam ex lucro id q̃ intereſt ſtatuerunt, Idem probat text. in l. ſi commiſſa ff. rem rat. hab. ubi exponẽdo id quod intereſt, dicit, quantum mihi abeſt, quantumq; lucrari potui, & in l. iij. ff. communi diuid. ibi, ſi quid damni datum factum ue eſt, uel quid eo nomine aut abeſt alicui ſociorum aut ad eum peruenit, & in l. ſi ſeruum in uerſ. & amiſsiſſe ff. ad l. aquil. ubi ſcriptũ eſt quod amiſsiſſe dicimur, id quod conſequi non poſſumus, aut 1

*erogare cogimur, & in d.l.iij.§.qui ſepulchri ubi qua tenus interſit eſtimatur ex lucro eius qui uiolauit, et ex damno quod contigit, & alibi ſæpe, tradit Soz. conſ.xxv.nu.18.uol.iiij.Cacialup. in tract.de tranſact.q.xv.nu.5.Dec.conſ.332.nu.5.abb.in c.cum ue nerabilis de exception. & in conſ.lxv.& in c.dilecti col.ij.de for.compe.& in c.P.& G.de off.deleg.& in c.conqueſtus ad fin.de uſur.ſalic. in auth. ad hoc. col.iij.C.de uſur.Fel.in d.c.uenerabilis num.14. & Cagnol.hic col.vi.nu.37.Alex.in l. nummis num.4. circa fin.ff.de in lit.iur.Soz.in rub.num.16. & 17. Alciat.in l.cum prætor ff.de uerb.ſign. Deciſ.neapo. cap.xx.nu.2.Alex.in conſ.203.nu.17.uol.vi. Paris conſ.49.nu.42.uol.ij.*

2 *Exemplum eſt in l.heredes §.ſi in certo ff. famil. hercis, & in l. proinde cum l.ſeq.ff. ad l.aquil. dum de hereditate loquitur, & in l. ſi in lege §.colonus ff.locat.ubi colonus prohibitus utifrui fundo conducto conſequitur pro eo quod intereſt, etiam compendium quod per ſingulos annos facturus erat, & in l. ſi fundus in fin. ff. eod.tit. ibi tantum preſtabitur quanti eius interfuit frui, in quo etiam lucrum eius continebitur & in d.l.ſi commiſſa ff.rem rat.hab.& in l.ſi cum mulier §. rerum ff.rer.amot. & eſt communis ſententia, & uera.*

*Intellige dummodo lucrum quod adimitur ſeu auertitur, ſit iam acquiſitum, ſeu ita radicatum ut omnino ſit extiturũ niſi impediatur, de eo enĩ pide ac de dãno habetur ratio, Alex. in conſ.203.nu.17.uol.vi.Soz. in rub.hac num.16. & 27. Hiero. de luca in tract.de*

*camb. §. ſequitur nu. 18. Vignat. i tract. de uſur. in c. ſalubriter nu. 248.* Deciſ. *neapol. cap. xx. nu. 2.* Balb. *in tract. preſcriptio, in iij. part. ſextæ patis princip. in princ. nu. 9.* Paris *conſ. 49. nu. 42. uol. ij.* Dec. *in c. cum uenerabilis num. 14. de except. declarat* Gomes, *in §. item ſi quis in fraudem nu. 16. & nu. 17. inſt. de action.*

Intellige *etiã in lucro quod indebite mihi adimitur ſecus ſi quis utens i ure ſuo lucrum adimit, ut euenit in eo qui in agro ſuo cuniculum facit, per quod auocatur aqua uicini, nam hoc intereſſe non præſtatur l. pꝛculus ff. de dam. infect. l. ſi in meo ff. eo tit. ſic etiam iniuriarũ non tenetur qui alteri honorẽ decerni paſſus nõ eſt, l. iniuriarũ §. ſi quis in honoribus ff. de iniur.* 3

*Sic etiam edificans molendinum apud meum non tenetur de lucro, q̃ ego ob id admitto, ſecundum* Bald. *in conſ. lxxi. uol. 1.* Rebuff. *fol. 128. nu. 15. in glo. ult.* Quod *tamen intellige ut per* Alex. *in conſ. cciij. uol. vi. Sic etiam* Bibliopola, *uel artifex alius, qui uenit ad habitandũ penes meam officinã non tenetur de lucro, quod hac de cauſa amitto l. libertus negociatorius ff. de oper. libert. l. quero ff. de iure patron.* Rebuff. *fol. 47. nu. 36. uide* Soz. *in regul. cxxxvij. et* Marſil. *in ſingul. cliiij.* 4

Intellige *etiam procedere in lucro quod immediate amittimus ex facto alieno* Alex *in l. dedi. §. quamquam ff. de cond. ob cauſ.* Soz. *in conſ. 156. nu. 9. uol. 1. ſecus ſi non immediate, nec neceſſario ſed per occaſionem quandam.* Ita *procedit text in l. heredes §. ſi in certo ff. famil. herciſc. ubi tenetur coheres qui im* 5

pediuit lucrum legati, & in l. inde neratius ff. ad l. aquil. ita procedit illud quod dicitur, quod ſi quis cauſam damni dat, damnum dediſſe uidetur l. qui occidit §. pen. ff. ad l. aquil. Sed non tenetur qui occaſionem prebuit, propter quam mortua ſunt ex cõtagione animalia mea, l. iulianus in princ. ff. de act. empt. ita probat text. in l. inficiando §. 1. ibi ſufferre eam neceſſe fuit ff. de furt. & in l. iij. §. fin. in uerb. ex mora tua ff. de eo quod cert. loc. uide ſuper hoc que dicam inf. num. 62. 63.

6 INtellige etiam de lucro immediate proueniente ex re ipſa puta in pretio rei aucto, ut hic per Bart. col. x. cir. fin. quem alij ſequuntur, & eſt text. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. idem eſt in fructibus prouenientibus ex re conducta, nã habebitur ratio huius lucri quod ex re ipſa immediate prouenit, ita procedit text. in l. ſi in lege §. colonus ff. locat. & in l. ſi fundus in fin. eod. tit. Iaſ. in l. iij. fin. cir. fin. ff. de eo quod cert. loc. Cagnol. hic col. xi. nu. 52. Soz. conſ. clvi. nu. 9. uol. 2. ſecus ſi per occaſiionem rei ego ex induſtria aliquid lucraui potui, nam de eo non habebitur ratio, ut euenit in eo qui ex pecunia ſibi debita mercando lucrari potuit, ſi deſtinato die ſibi ſoluta fuiſſet l. fin. ff. de peric. & commod. rei uendid. l. ſi ſtertlis §. cum per uenditorem ff. de act. empt Cagnol. hic nu. 36. in fin. Soz. conſ. 156. nu. 11. uol. 1. de huiuſmodi enim lucro quod extrinſecus obuenit, ſeu extra rem, regulariter non habetur ratio quod tamen quatenus procedat dicam inf. eod. nu. 14. Intellige hic dummodo

probe

*probetur alioqui lucrum quod non probatur nõ petitur, ut per* Alex *conſ,* 47, *nu.* 15. *uol.* 1. *quomodo autem probandum ſit dixi ſupra in uerſ. per ſuã ſubtilitatem, ſuper quo uide etiam* Crauett. *in conſ.* 89. *nu.* 4. Cagnol. *tamen aliter loquitur in l. quatænus nu.* 26. *ff. de reg. iur. & hic nu.* 43.

7 Intellige *etiam procedere in lucro iuſto, & legitimo quod quis ſine alterius iniuria facturus eſt, ſeu ſperat, ſecus ſi ad lucrum cum alieno detrimento aſpirat, nam hoc non ſarcitur,* Exemplum *eſt in eo qui uſucapere potuit rem alienam niſi furto ſublata fuiſſet, nam lucri per uſu capionem fiendi non fit eſtimatio l. ſi is cui §. fin. ff. de furt. not. glo. in l. ſi quis uxori in uerb. idem ff. eod. probat hoc loco* Bart. *col. ix. & communiter* Doct. *& ad hoc multa allegat* Rebuff. *hic fol.* 128 *nu.* 10. Alc. *hic cir. fiin.* Curt. *col. xij.* Quod *tamen reſtringitur ut per* Bart. *in l. ſi is qui col. v. uerſ. uenio ff. de uſucap. &* Rebuff. *hic fol.* 128. *nu.* 20. Et *quod de lucro illicito non habeatur ratio probat* Alex *in conſ. ccxl. nu.* 7. *ubi loquitur de uſuris, quæ hodie non debentur, ut per* Doct. *communiter in l.* C. 1. *de ſũ. trinit. licet ille tex. nil probet.*

8 INtellige *etiam ut minus preſtari debeat prætextu lucri amiſſi, quam re uera ipſe fuiſſet lucratus, ſi non fuiſſet impeditus, debet enim detrahi impenſa, & labor, quæ impendi poterant in lucro acquirendo glo. ult. in l. per diuerſas* C. *mandat. & glo. in l. illud* C. *de colat. late* Tiraquel. *in tract. de retract. fol.* 546. *nu.* 3. *& minus eſtimatur quod eſt in ſpe, quam quod iam aſſecuti ſumus, l. propter ff. famil. hercíſ.*

*& arg. l. communi, §. inter eos ff. communi diuid. & hoc eſt quod dicūt Doct. minus eſſe habere in ſpe, quam re ipſa, ut tradit Fel. in d. c. cum uenerabilis col. iij. nu. 8. de except. & ibi Dec. nu. 14. Idem Fel. in d. c. P. & G. in princ. de offic. deleg. Rebuff. fo. 127. nu. 13. uerſ. 1. fallit in glo. ult. Ideo hoc caſu aliquanto minus preſtandum eſt arbitrio iudicis, ut tradunt doct. allegati.*

9 *INtellige etiam non procedere quando ex culpa ipſius actoris lucrum amittitur, putà quia ſpernit, aut remittit, aut ad alum peruenire patitur, ut in l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, & §. ſi quis rogatus ff. de donat. inter uir. & ux. quia remittētibus actiones ſuas amplius non datur ad eas regreſſus l. queritur ff. de edil. edict. Rebuff. tradit in glo. ult. fol. 128. à terg. in fin. nu. 21.*

10 *INtellige etiam ut lucrum huiuſmodi non excedat duplum eſtimationis rei in contractum deducte, ut per Cagnol. hic nu. 17 ubi atteſtatur comunem, ſi ſubeſt conuentionale, aut eo ceſſante, non egrediatur duplum pretij eſtimationis communis rei, ſeu corporis principaliter in contractum deducti, ſiue enim ſit commune lucrum, ſiue alio quocunq; nomine nuncupetur, duplum pretij non egreditur, ut late defendi ſupra in uerſ. dupli, quicquid dicant Doct. & æquum eſt quod qui ex pretio mora ſibi facta nihil amplius cōſequitur quam uſuras uſq; ad duplum l. ſi non ſortem §. 1. ff. de condict. indeb l. pen. C. de uſur. & ſi pluris ſua interſit l. fin. ff. de peric. & com. rei uendit, ex aduerſo ipſe in nihilo amplius teneatur ob rem non traditam,*

aut

*aut euictam, quam in duplum, ut ſeruetur equalitas inter contrahentes, arg. inſt. de ſociet. §.1. & l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.*

NEC *reſpondeatur quod uſuræ ſunt odioſæ per text. in c. ſuper eo, & c. cumſuluit de uſur. Cagnol. hic col. 9. uerſ. non obſtant nu. 46. quia, (quicquid ſit de iure canonico) dico quod iure ciuili uſq; ad legitimum modum non ſunt odioſæ, præterea loquor de caſu in quo pluris interſit quam ſit quantitas uſurarum, & ſic etiam in caſu iſto loquor de intereſſe, non de uſuris, tamen hoc intereſſe ſupra legitimum modum uſurarum regulariter non debetur ab eo, cui ſit mora in pretio ſoluendo, qua ratione nec ipſe amplius quam duplum conſequi debet nomine intereſſe, & hac ratione motũ fuiſſe puto imperatorẽ ad ſtatuẽdũ generaliter quod intereſſe non poßit egredi duplum pretij conuenti, ſi extat, eo autem ceſſante non excedat duplum communis eſtimationis, & ita teneo, quicquid dicant alij.* 11

*Intellige etiam contra Cagnoll. hic col. viij. nu. 46. ut habeatur ratio tantum lucri quod ex primo pretio fieri poteſt, & ſic lucrũ ex lucro, & intereſſe ex alio intereſſe peti non poterit, quicquid dicat Cagnoll, qui tenet contrarium, uide quæ dicam inf. eo nu. 36. & 37.*

*Intellige etiam quod lucrum accipitur dãno deducto, Ideo ſi res ipſa principalis, ſeu corpus ipſum fuerit deterioratũ, puta ſeruus uulneratus eſt, aut qua alia ratione deterior factus eſt, hoc caſu pretiũ ſerui preſtabitur uſq; ad integram ſummam, & ſic ẽt qua* 12

O 5 *tenus*

*tenus deterior factus eſt, deinde ſi quid amplius interierit ex circunſtantijs, puta ex operis ſuis, aut ex legato ſibi facto, habebitur rō lucri, quatenus ſe extendit uerum pretium ſerui non deteriorati, Sic enim accipitur lucrum .ſ. deducto damno, ut not. glo. in uerb. pretio in l. iij. ff. de in rem uerſ. & in l. ſed ſi adijciatur ff. pro ſoc. & eſt tex. in l. Mutius, & ibi Bal. ff. eod. tit. Bartol. in l. per diuerſas C. mandat. Rip. in tract. de peſte fo. 30. in princ. num. 4. Dec. conſ. 116. nu. 2. Rodul. in tract. de uſur. in prin. nu. 28. Hiero. de. luca in tract. de camb. §. ſequitur num. 15. Rodul. ubi ſupra in c. conſuluit nu. 63. Vbald. in tract. de duob. fratrib. nu. 27. Vignat. in tract. de uſur. in c. ſalubriter nu. 176. Tiraquel. in tract. de retract. fol. 546. nu. 3. §. xv. in glo. 1. ubi ait quod lucrum intelligitur deductis laboribus & impenſis.*

13 *Intellige etiā, quod quando eſtimatio communis duplicanda eſt tunc attenditur non preſens eſtimatio, nec preſens pretium commune rei, ſed eſtimatio quæ uigebat tempore contractus, duplicatur enim quantū ualet res tempore contractus, non autem quantum poſtea ualet, nam duplicatur illa quantitas, quā habet contractus, ut hic ait tex. facit tex. in l. doli §. fin. cū l. ſeq. ff. de ſer. corrupt. ibi preteritæ utilitatis eſtimatio in iudicio uerſatur, & hoc in alio propoſio ſentit Cagnol. col. 26. nu. 123. in fi. per tex. in l. ij. & l. ſi uoluntate C. de ſent. quæ ſine cert. quantit.*

14 *Dixi ſupra quod regulariter non habetur ratio lucri extrinſecus prouenientis, hoc eſt quod non ex re, ſed occaſione rei obuenit, puta ex negociatione,*

*per tex.*

*per tex.in l.ſi ſterilis.§.cum per uẽditorem ff.de act.
empt.& l.fin.ff.de peric.& cõmod.rei uendit.* Bar.
*hic col.x.uerſ. quoddam eſt lucrum* Inno. *in c. ſacro
de ſentent.excommu.*Soz.*in conſ.clvi.nu.9. & 11.
uol.ij.*Iaſ. *in l.iij. §.fin.ff. de eo quod cert.loc. Ca=
gnol.hic nu.13.& nu.37.& nu.105.et ſeq.*Dec.*hic
nu.83.*Rebuff.*fol.129.nu.22.in glo.ult.& hoc pro
regula tradunt communiter* Doct.

Fallit *in uſuris l.mora §.in bonæ ff.de uſur.ho=* 15
*die contra propter ius canonicum c.ſuper eo & c.
pen.& fin.de uſur. noſtri etiam hoc admittunt iure
ciuili nouiſſimo,ſecundum* Doct.*in l.1.*C.*de ſum.tri.
& fid.cathol.quod mihi non placet,& eſt cõtra tex.
in aucten.nullum credentem agricol.* §.*ſancimus &
§.ſin autem,& in rub.ubi apparet iure nouiſſimo per
miſſas eſſe uſuras, tamen quia ſeruatur ius canonicũ
ob ſalutem animæ,non inſiſto,ſunt tamen quidam ca=
ſus in quibus hodie omni iure permiſſe ſunt uſuræ ſe=
cundum communem,ut tradit* Cagnol.*col.xi. nu. 51.
ad quem uos remitto.& ad* Soz. *in regul.vi.*

Fallit *ſecũdo in ſolito negotiari,is enim omni iure* 16
*poteſt conſequi lucrum quod mercando facere potuit
l.iij.§.fin.ff.de eo quod cert.loc.*Bart.*col.ix. uerſ.ſi
uero conſueuit* Ancha.*conſ.cl.campeg.in tract.de ex
actio* Dot. *q.vi. nu. 2.* Alex.*conſil. cc. uol. vi.*Fel.
*poſt* Abb. *in c cum uenerabilis nu. 7.de excep.& in
c.*P. & G. *in princ. de off. deleg. cum alijs hic alle=
gatis per* Cagnoll. *nu. 37.ubi atteſtatur communem,*
Soz.*conſ.clvi.nu. uol. 2.* Alex. *conſ. 52. nu. 5.uol.
vi.* Gomeſ. *in §. actionum nu. 13. inſt. de action. ubi
de mer=*

*de mercatore loquitur, in damno autem nõ adhibetur hæc diſtinctio, an quis ſit ſolitus negociari an nõ, ſed omnino debetur, Alex. in conſ. 31. nu. 9. uol. vi.*

17 *. Hæc concluſio communiter recepta habet locum proculdubio in actiõibus arbitrarijs, ita loquitur tex. in d. l. iij. §. fi. ff. de eo quod cert. loc. de quo nemo ambigit, An autem habeat locum indiſtincte, etam ſi non agatur actione arbitraria, hoc opus hic labor eſt, communis eſt quod ſic ut per Cagnol. hic nu. 37. & 38. poſt Bart. hic col. ix. in uerſ. ſi uero conſueuit, Alex. conſ. cc. uol. vi. & conſ. cxli. uol. v. Dec. in c. cum uenerabilis de excep. & in conſ. xxi. & cxvi. & cccxxij. & in l. diem functo nu. 8. ff. de off. aſſeſſo. Moderni in l. rogaſti, §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. Cagnol. hic, qui arteſtatur communem nu. 37. & 38. & ibi multa allegat, Contrarium tenet Curt. col. xiij. quod immo non habeatur ratio huiuſmodi lucri etiam in ſolito negociari per text. in l. ſi ſterilis §. cũ per uenditorem ff. de act. empt. per text. in d. l. fin. ibi ueluti ſi negociator fuerit. Ad text. in d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. reſpondet quod eſt ſpeciale, & ad omnia adducta pro communi. pulcre reſpõdet Dec. in c. cum uenerabilis nu. 14. de except.*

18 *Doct. qui teneut communem multipliciter reſpondent ad d. l. fin. quidam enim dicnnt quod non loquitur de ſolito negociari, quod confonditur per eundẽ text. in uerb. negociator, & per text. in d. l. fin. ff. de peric. & commo. rei uend. Quidam quod loquitur de non uerisſimili lucro quod eſt contra text. in d. l. fin. ibi conſequi potuit, ſi negociator fuit, & d. l. ſi ſte=*

*ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ibi ſi potuit negociari, & lucrum facere, loquuntur enim hi text. de eo quod uerißimiliter fieri potuit, ut hic per Cagnol. nu. 38. Tandem Cagnol. defendendo cō munem ſcribit quod illa iura corriguntur per hanc l. in fin. ex mente Salicet. hic in ult. col. idem ſentit glo. in d. §. cum per uenditorem, & glo. in d. l. fin.*

19 *Sed Bart. col. viij. & ſequen. infin. queſt. tenet quod illa iura non ſint correcta, Idem tenet Bald. hic & Salic. & tenent communiter Doct. hoc in loco. Aduertatis communiter tenent Doct. quod hæc conſtitutio non corrigat iura loquentia de intereſſe uer ſante circa lucrum, ut per Bart. inf. col. x. uerſ. ue nio ad ultimam, tenent etiam communiter quod habe atur ratio lucri ceſſantis in ſolito negotiari.*

20 *Mihi placet prima concluſio quod nihil ſit immuta tum. ex quo lex hoc non exprimit l. precipimus C. de appell. in fin, nec per argumēta debemus inducere cor rectionem, nec per tacitos intellectus, glo. in c. cupi entes, §. quod ſi per xx. in uerb. petere de electio, lib. vi. late dixi ſupra in uerſ. ſancimus. Et ſic non debet audiri Cagnollus hic nu. xij. & 13. qui ſubtili ar gumento inducit hunc text. ad corrigenda iura anti qua, inquit ipſe ibid. & nu. 35. quod magis erat du bitabilis primus caſus de damno loquens, quam ſecun dus qui de lucro loquitur, Nam ſi in damno non exce ditur duplum, Idem multo magis in lucro erit, de quo minor habebatur ratio apud ueteres, quam de damno l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ſub dit tamen quod caſus ſecun. eſt magis dubitabilis, quia*

ex quo

*ex quo apud ueteres non habebatur ratio de lucro ceſſante, hoc immutat* Imperator, *& uult quod hodie in ſolito negociari regulariter habeatur ratio lucri ceſſantis, & hoc modo intellectus text. determinat caſum magis dubitabilem.*

21 *Ego dico quod nihil immutat text prout etiam tenent communiter* Doct. *patet ex eo quod idem diſponit in lucro, quod paulo ante de dãno diſpoſuerat, ſed in primo capite nihil noui induxit, quo ad hoc ut preſtetur intereſſe in caſibus, qnibus olim debebatur, ſed debitum ex antiquo iure reſtrinxit, poſtea in fine cũ ait quod idem in lucro obtinere uult, intelligit reſpectu reſtrictionis, ſic non inducit obligationem, ſed inductam reſtringit, & hæc mens* Iuſtiniani *colligitur ex prohemio, dum dicit quod uult in anguſtum coarctare prolixitates ueterũ, obligationem ergo nouam nõ inducit, ſed inductam limitat,* Ideo *non poſſumus dicere quod inducat, ut hodie habeatur ratio lucri in caſibus in quibus olim nõ habebatur, ſed in caſibus in quibus uigebat in infinitum, hodie reſtringit ad duplum.*

22 A*lioqui inducta ad diminutionẽ operarentur augumentum, contra l. legata inutiliter ff. de adim. legat. de qua re uide quæ late dixi in uerſ. ſancimus,* Non *obeſt quod caſus ultimus erit de indubitabili, quia ex quo ueteres ambigebant ſuper utroq;, æquum etiam fuit quod ſuper utroq; deciſio fieret, maxime ne decidendo ſuper uno tantum, crederetur in cæteris uelle ſeruari ius antiquum, cum in correctorijs fiat ſtricta interpretatio, & licet ſecundũ multos non tam ſæpe habeatur ratio lucri, quam damni, tamen in caſibus*

*in qui*

*in quibus lucri habetur ratio ut in l.iij. in fi.ff. de eo quod cert.loc.non uideo quod magis multiplicari dam num debeat, quam lucrum.*

23 *Et ſatis eſt quod ita ſanxerit imperator cauſa tol lendæ dubitationis, & hoc debemus admittere potius quam correctionem per arg. & per cõiecturas, Et ſic teneo cum communi, quod hæc conſtitutio non corrigit iura antiqua, quæ prohibebant de lucro haberi rationẽ in intereſſe, ut ẽt dixi ſupra in uerſ. ſancimus.*

24 *Quo uero ad aliam concluſionem communiter receptam, in qua concluditur quod habetur ratio lucri extrinſecus prouenientis .ſ. ex induſtria, in ſolito ne gotiari, ut hic per Cagnol.num.36. & 37. Dico quod contraria ſñtia eſt uerior, iam enim oſtendimus eam non probari ex hoc textu, quod frequentius rcceptũ eſt, Ideo amplius non inſiſto, & admiſſo quod hic tex. non probet, iam habeo ſententiam gloſſarum pro me, ut.glo.in d.§.ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act.empt. & in l.iij.§.fin.ff.de eo quod cert.loc.*

25 *Supereſt ut uideamus an de iure antiquo probetur, Bart.hic col.xi.uerſ. ſi uero conſueuit, tenet qđ ſic, per text.in l.iij.in fin.ff. de eo quod cert.loc.qui text.dicit.quod in actione arbitraria, quod interfuit ueniet, etiam ultra legitimum modum uſurarum, & ſic ſupra duplum, l.pen.C. de uſur.ſubijcit poſtea qđ ſi merces ſolebat comparare, etiam lucri ratio habebitur, ſed mihi non probat ille tex. niſi caſum ſingularẽ, ait enim quod in hanc arbitrariam actionem uenit lucrum, in alijs ergo non uenit, & ſic in alijs regula eſt in contrarium, ita explicat glo.in d.l.iij.in fin.ita innuit*

*nuit tex.ille, dum ait quod in hanc actionem uenit lucrum, quaſi dicat non in aliã, & quod de caſu ſpeciali loquatur tex.ille, intelligit Cagnol. hic nu. 38. Ratio eſt in promptu, nam in arbitrarijs omnia depẽdent ab arbitrio iudicis, & ipſe ex bono, & æquo pro ut ſibi uidetur, iudicat, inſt. de action. §. præterea.*

26 *Quod autẽ regulariter non habeatur ratio lucri ceſſantis probat tex. in l. fin. ff. de peric. & commod. rei uend. qui tex. loquitur de ſolito negociari, et tamẽ negat habendam eſſe rationem de lucro, & ita illum tex. defendit Cagnol. nu. 38. à cauillationibus Barto. et aliorum, Idem probat tex. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ubi de lucro non habetur ratio, quod emptor negociando conſequi poteſt, reſtat igitur ut cãus ſit ſingularis ille de quo loquitur tex. in d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.*

27 *Fit ergo concluſio quod de lucro ceſſante, quod prouenit ex induſtria, non habetur ratio d. §. cũ per uenditorem, etiã in ſolito negociari d. l. fi. ff. de peric. commod. rei uend. etiam hodie ex quo nil eſt correctũ ut ſepe dixi.*

28 *Fallit in actione arbitraria de qua loquitur tex. in l. iij. in fin. ff. de eo quod cert. loc. & ibi glo. ratio eſt quia dependet ab arbitrio ipſius iudicis quantum condemnare debeat, ut dixi.*

*Fallit in caſibus in quibus iuratur in litem hoc enim relinquitur arbitrio iurantis l. ij. & l. ſi tutor ff. de in lit. iuran.*

29 *Fallit etiam quando dolus interuenit, nam ex dolo tenetur quis ad omnia detrimenta l. iulianus in princ.*

*princ. ff. de act. empt. l. Ticius in fin. cum duab. ſeq. ff. eo tit. & dixi ſupra, Et his tribus caſibus puto quod excedetur duplum pretij cõuenti ita expreſſe probat text. in d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. & l. uideamus §. iurare ff. de in lit. iuran. & l. idq; ff. de act. empt.*

*Fallit generaliter in omnibus caſibus in quibus iudex uigore ſtatuti, aut ex conſuetudine, habet poteſtatem condemnandi arbitrio ſuo ex bono & æquo, prout eſt in curijs mercatorum, dixi ſupra in uerſ. dupli num. 48.* 30

*Fallit de conſuetudine ut hic per Cagnoll. nu. 37.* 31
*ubi ait quod hæc opinio quod hodie preſtetur intereſſe in ſolito negociari eſt canonizata in ſcholis, & in palatijs, & nu. 38. ait quod communis uſus mercatorum, & practica iudiciorum ita obſeruant. Ideo ſuadeo quod ſeruetur conſuetudo in locis, in quibus uiget l. de quibus ff. de legib. non alias.*

*In caſibus autem in quibus debetur huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis, intellige ſecundum ea quæ tradit Fel. poſt Abb. in c. P. & G. in princ. de off. deleg. & clarius in c. cum uenerabilis col. 3. num. 7. 8. & 9.*

*Item intellige quod duplum non excedatur, niſi in caſibus ſpecialiter expreſſis, nam in dubio ſtabimus regulæ huius conſtitutionis, ut dicam inf. eo num. 34.*

*Quæritur ulterius in caſibus in quibus intereſſe peti poteſt, an ſingulis annis currat, & multiplicetur intereſſe, Ita ut poſſit excedere duplum, an uero uno anno, & ſemel tantum debeatur, Cagnoll. mo* 32

*re ſuo fœneratoribus fauens, exiſtimat quod intereſſe multiplicetur ſingulis annis, non pro uno anno tantum, tenetur enim debitor pro omni tempore quo eſt in mora, exemplo uſurarum, quæ ſingulis annis currunt l. pen. & l. eos C. de uſur. & l. uinum, cum ibi not. ff. ſi cert. pet. l. lecta eod. tit.. Ita loquitur ſecundũ eum text. in l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. dum generaliter dicit, quod de lucro quod facturus erat is, qui ſolebat comparare merces, habẽda eſt ratio, Ita tenet Cagnoll. num. 45.*

33 *Quæ ſententia eſt uera, quicquid dicat Curt. hic col. xix. & ſequen. qui tenet quod in pũcto iuris uerius ſit qnod de lucro unius anni tantum, habeatur ratio, ſine ratione tamen, ſæpe enim lex dicit quod intereſſe augetur & minuitur, ergo omni tempore currit, & creſcit, & minuitur, ut dixi.*

34 *Intellige tamen quod pro toto tempore, tota ſumma non excedat duplum, per hunc text. quicquid dicat Cagnoll. qui in infinitum extendit, & ait imputandum moroſo, quare tempeſtiue non ſoluerit, Ad text. hunc reſpondet, quod loquitur de prolixitate, quæ fiebat per circuitus ineſtricabiles, ut per glo. in uerb. damnum, & Soz. col. 3. ſecus quando re uera creſceret, nam hoc ſecundum eum imputatur illi qui moram tam diuturnam fecit, ut hic per Cagnoll. num. 45. quod ego non admitto, nam & hi ſunt inextricabiles circuitus, & hæc lex ſimpliciter toliit prolixitatem, & exemplo uſurarum hoc probo, nam licet ſingulis annis currerent, tñ cùm peruenerant ad ſummam dupli, ſiſtebatur curſus uſurarũ, ita procedit*



text.

*text. in l. pen. C. de uſur. & in l. ſi non ſortem §. 1.
ff. de cond. indeb. nec cuiquam hoc mirum uideatur.*

*Sæpe enim dixi quod ex parte conuenti pœna eſt,* 35
*huiuſmodi intereſſe* Bald. *in conſ. 491. num. 1, uol. v.*
Soz. *in rub. nu. 41. & quod qui moram facit nõ com
mittit tantum ſcelus, ut tam acriter puniri debeat,
exemplum habemus in aucten. nullum credent. agri=
col. §. 1. & odio habet lex eum qui exactionem mo=
ratur ut grauior ſit debitori l. cum quidam §. diuus
ff. de uſur. cum itaq; ſit in arbitrio actoris cito exi=
gere, & per litis conteſtationem conditionem ſuam
meliorem facere, l. ij. & l. iij. §. in his ff. de uſur. l.
ediles §. item ſciendum ff. de edil. edict. qui hoc ne=
gligit, ſatis habeat ſi duplum exigat, ſic etiam uſura=
rum curſus ſiſtitur, cum primum ſumma earum ſor=
tem equauerit l. pen. C. de uſur. & hæc eſt magis pia,
& magis benigna ſententia, & ſaltem in dubio hoc
pendebit ab arbitrio* Iudicis *l. iij. in fin. ff. de eo quod
cert. loc. l. uideamus §. iurare ff. de eo quod cert. loc.
is ergo cum habeat equitatem pre oculis l. quod ſi
epheſi §. fin. ff. de eo quod cert. loc. moderate taxa=
bit ut ſentit tex. noſter in uerſ. cum ſciamus in uerb.
competenti moderamine, & cum imperatore noſtro
ſatis putabit, ſi creditori mediocre ſolatium attulerit
& egeſtati debitoris conſuluerit ut in* Auct. *nullum
cred.* Agricol. *§ 1.* Ideo *duplum taxabit iuxta text.
in l.* Ticius *in fi. cum l. ſeq. ff. de act. empt. aut ad ſum=
mum quadruplum non excedet arg. l. ſi dictum ff.
de euict. & inſt. de act. §. omnes autem, & hoc
tamen per raro, immo nonquam, ne pluſquam*

 *ſancti*

*ſanctiſsimus imperator noſter ſapere uelle uideatur.*
36 *Amplius auſus eſt dicere Cagnol. ipſe quod peti poteſt intereſſe alterius intereſſe, ut per eum hoc loco num. 46. ubi ait quod ſæpe uidit hanc queſtionem in arduis cauſis, huius opinionem uidetur probare text. in l. ſocium in princ. ff. pro ſoc. ubi ex lucro ſocietatis ſoluuntur uſuræ, loco intereſſe, & ſic ex lucro conſequitur aliud lucrum, dic tamen quod ibi eſt ſpeciale, quod ex lucro ſoluantur uſuræ duobus concurrentibus, ſcilicet quod ſit ſocius, & quod in uſus ſuos pecuniam conuerterit, altero deficiente non currunt uſuræ, & ſic regulariter non preſtatur & ſic retorquetur ille text. contra Cagnol.*
37 *Secundo pro Cagnolli ſententia dicitur quod ratio quæ militat ut pro ſorte debeantur uſuræ ſeu intereſſe, militat etiam in intereſſe alterius intereſſe, nam ſi ſolutum fuiſſet intereſſe primum, creditor negociatus fuiſſet cum illis pecunijs, & aliud lucrum feciſſet, ſed hec ratio tollitur per text. in l. pen. C. de uſur. ubi non admittitur huiuſmodi multiplicatio ſupra duplum, Ideo niti non oportet contra text. expreſſum.*
38 *Dicit preterea Cagnoll. quod intereſſe reſpectu petentis eſt ſors, Bald. ſalic. in l. ij. C. de uſur. Signoril. conſ. 65. col. fin. Ergo ſecundum Cagnoll. hic num. 46. ſicut de ſorte, ita de intereſſe quod ſortis naturam aſſequitur, debet ſolui intereſſe, faciunt tradita per Bartol. in l. fin. C. de frum. urb. conſtant. lib. xi. Soz. in conſ. iiij. numer. 17. uol. iiij. & in conſ. xciij. num. 7. lib. primo Corſet. in ſingul. in uerb. lu-*
*crum*

crum, ubi ait quod lucrum aſſumit ſibi naturam illam,
quam habet ſors, & ideo ſi inter plures ſocios fuit
contracta ſocietas, ad certum tempus, ſicut non de=
bet minui capitale, ita nec lucrum, alleg. Bartol. in
d.l.fin.C.de frum. urb. conſtant. lib. xi. & ait Ca=
gnoll. quod in practica ſæpe obtentum fuit in Tauri=
nis ubi ponit caſum in quo M. CC. aurei ſpatio ui=
gintiq; annorum aſcenderant ad ſummam xxiiij. mil=
leum ducatorum auri, cum expenſis.

Mihi uidetur contrarium uerius, & hoc expreſſe 39
tenet Dec. in c. cum uenerabilis col. v, in fin. num. 14.
de excep. ubi ait quod hoc intelligitur de primo lu=
cro tantum, de eo enim habetur ratio, quod imme=
diate ex mora conſiderari poteſt, non autem attendi
debet quod ſi rem debitam habuiſſet illam uendere
potuiſſet, rurſusq; ex illis pecunijs lucrari, quia hoc
modo res procederet in infinitum, quod non debet
admitti per text. hunc, alleg. text. in l. neratius §. ſi
ſeruo ff. de ſer. corrupt. ubi ſi ego perſuaſero ſeruo,
ut chirografa corrumpat, tenebor, ſed ſi ille conſue=
tudine peccandi rationes, & inſtrumenta ſimilia de=
leuerit, aut ſubtraxerit, non tenebor.

Accedat quod huiuſmodi intereſſe eſt à remotis, 40
& omnino extra rem Ideo non debetur l. ſi ſterilis
§. cum per uenditorem ff. de act. empe. ibi quæ modo
circa rem conſiſtat, & licet conetur oſtendere quod
Deci. aliud ſentit, tamen re uera hoc expreſſe dicit,
Idem tenet expreſſe Ruin. conſ. lv. col. pen. & fin.
lib. ij. quia acceßio acceßionis non permittitur l. fin. 41
C. de uſur. l. placuit ff. eod. tit. & eſt expreſſum in

*d.l.fin.ubi prohibetur quis uſuras in ſortẽ redigere, antequam ſint exactæ, ſic etiam intereſſe non exigetur ultra legitimum modum, multo minus habebitur pro ſorte ſine conuentione expreſſa, l. cum quid ff. ſi cert. pet. & licet dicat Cagnoll. quod aliud in intereſſe, aliud in uſuris, nam ſecundum eum uſuræ ſunt odioſæ, & reſtringendæ c. ſuper eo & c. conſuluit de uſrr.l.1.C.de ſumm.trinit. cum ibi not. per* Doct. *& odio moroſi infliguntur l. cum quidam ff. de uſur.§.ſi pupillo in fin. etiam ſi nihil interſit actoris, & ſic cum iactura alterius,* Ideo *ſtrictius proceditur ſuper uſuris.*

42 *Secus fit in intereſſe quod omni iure permiſſum eſt, etiam in foro conſcientiæ, ut per* Abb. *& alios in c.cum uenerabilis de except.* Bald. *& ſalic. in l.ij. C.de uſur. & ſic manifeſta eſt differentia inter uſuras, & intereſſe ut per* Cagnoll. *hic num.* 46. Ideo *non eſt mirum ſi uſuræ uſurarum non debentur, ſecundum eum,* Mihi *uidetur quod ſaltem in caſu quo interſit actoris, tunc uſuræ non ſint odioſæ eatenus, quatenus intereſt, & in hoc nulla ſit differentia pro ut etiam ipſemet* Cagnoll. *ſcribit in alio propoſito nu.51.* Tamen *etiam quando multum ſupra duplum intereſt, non exceditur in uſuris duplum l. ſi non ſortem §. ſupra ff. de condit.indeb.l.pen.C. de uſur. nec preſtantur uſuræ uſurarum l.placuit ff.de uſur. l.fin.C.eo.tit.l.ſi non ſortem §.fin.de condit.indeb.*

43 Et *per hæc concluditur contra* Cagnolli *ſententiã quod intereſſe alterius intereſſe non debetur,* Et *hæc ſententia quæ placuit* Dec. *&* Ruyno *in locis ſupra*

ſupra allegatis eſt benignior, maxime quia conſiderandum eſt quod uterq; tam actor quam reus tractat de damno, reus enim cum non ſit factus locupletior, de ſuo damnum reſarcit actori, Ideo in dubio caſu debemus fauere reo, per quæ concludo quod intereſſe alterius intereſſe non exigitur, Item quod licet intereſſe currat ſingulis annis & toto tempore, tamen cum exigitur tota ſumma multorum annorum non debet excedere duplum, ut dixi, exemplo uſurarum l.pen.C.de uſur.

Et aduerte quod iſtud lucrum quod ex negotiatione prouenit appellatur à Doct. intereſſe extrinſecum ſeu extra rem, Tamen quia huiuſmodi intereſſe conſtat non ſolum ex lucro, ſed etiam ex damno, & ex multiplici capite conſtat.

Videndum eſt generaliter an & quatenus, ſeu quibus caſibus preſtandmm ſit huiuſmodi intereſſe extrinſecum, Qua in re concluſiue loquendo, Fac regulam, quod intereſſe extra rem, ſeu extrinſecum nõ debetur, text. eſt in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem de act.empt. & hoc ubiq; pro regula tradit glo. precipue in d.§.cum per uenditorem, in uerb. eſtimandum, & hanc communem gloſſarum opinionem teſtatur Emyl. Ferret.hic nu,30. fo.111. & Bald. in l.1. §. conſiderandum ff.de Tutell. & ration. diſtrahen. & hoc loco Bart. & tradunt communiter Doct.in l. iulianus §.fin. ff.de act.empt. & Alex. in l. nummis ff.de in lit.iuran. Spec.in tit.de fructib.& intereſſe, in §.uiſo uerſ.in ſumma nu.11. & Rebuff.in glo.dupli fo.96.nu.60.ubi atteſtatur communem opiniõem. 44

45 *Limitatur non procedere in his caſibus, qui ex natura rei non admittunt intereſſe intrinſecum, uelu ti in nummis, quorum eadem ubiq; eſt eſtimatio l. ideo ff. de eo quod cert. loc. & l. nummis ff. de in lit. iuran. qua ratione in his non poteſt iurari quantum intereſt intra rem, Ideo admittitur, ut ſi quid intereſt extra rem, id peti poßit, puta ſi ob moram creditor pœnam incurrit, aut eius pignus uillißimo diſtractum eſt, hæc enim ſunt ſarcienda, u t dicit text. in d. l. nummis, & ibi expreſſe Iaſ. in 3. not. col. 2. Cagnoll. hoc in loco col. 23. nu. 105. ubi hoc etiam nimis amplificat, text. eſt in l. datio §. ſi per uenditorem ff. de act. empt. & in l. iij §. fin. ff. de eo quod cert. loc. tradit Iaſ. in l. ſi pœnã in ult. col. ff. de uerb. obligat. & in l. liber homo la. 2. in fin. eod. tit. Rom. in l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. Bal. in l. ſi uolontate C. de dot. promiſſ. Imol. in l. 1. ff. ſolut. mat. Florian. in l. uulgo ff. de uſur. Rebuff. hoc loco fo. 97. in glo. dupli nu. 67. Bart. & communiter Doct. hoc in loco Dec. col. 8. in fin. nu. 92.*

46 *Ego tamen puto pœnam incurſam non alias eſſe re ſtituendam, quã ſi neceſſario ob hanc moram incurſa eſt, ut alias dixi per text. in l. inficiando §. 1. in uerb. neceſſe ff. de furt. & tunc mihi uidetur quod hoc damnum procedat immediate ex re, quod regulariter debetur, ut dixi de lucro, Item exempla tradita procedunt in caſibus in quibus iuratur in litem, & in arbitrarijs, Ideo regula uidetur in contrarium, & quod non magis in pecunia quam in alijs hoc obſeruetur, cogita.*

47 *Secundo limitatur ut non procedat in iuditio ani-*

*mi ſe*

*mi ſecundum cõmunem ſententiam Theologorum, ſecũdum quam omne id, quod damni quis patitur culpa aliena, etiam extra rem ſarciendum eſt, ita ſcribit Cagnoll. hoc in loco col. 23. nu. 105. Idem Cagnoll. tradit in rub. huius tit. col. pen. infin. nu. 22. ex quo infert. quod in caſu de quo in l. iulianus 1. reſpon. ff. de act. empt. tenetur uenditor ad eſtimationem armenti contagione extincti, et in caſu de quo in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. eod. tit. tenetur ad eſtimationem ſeruorum fame necatorum, hoc probat ſecundum eum Hadrian. de Traiect. in 4, ſent. Diſt. xv. de Reſtit. uerſ. quia tactum eſt. Idem tenet Ang. in uerb. uſura §. xxx. ſequitur Silueſt. de Pier. in ſua ſumma in uerb. Reſtitutio in 3. q. ix. uidetur probare text. in c. fraternitas xij. q. ij. Idem probat Rebuff. hoc in loco in glo. dupli fo. 95. nu. 65.*

*Tamen dura eſt eorum ſententia, & ſocietati humanæ aduerſa, nec iure probatur niſi fallor, Et preſuppono quod illud quod intereſt iure poſitiuo debetur, loquor de damno, quod extrinſecus prouenit extra mẽtem animumq; debitoris, pro ut interitus pecorum, & mors ſeruorum fame laborantium, & ruina horreorum, de quibus facta eſt mentio, hoc enim neq; iure diuino, neq; iure gentium introductum eſt, Quicquid dicat Rebuff. hoc in loco in prefatiõ. nu. 3. fo. 2. ubi late exorditur omne quod intereſt iure diuino, ac iure gentium inuentum atq; introductum fuiſſe, ſed iura per eum allegata, aut de iure poſitiuo loquũtur, aut id quod intereſt extrinſecus proueniens non comprehendunt, Ex quo ſequitur quod in caſibus in* 48 49

*quibus lex nos non obligat, ceſſat obligatio omnis, & per conſequens pœna l. gracchus C. de adult. & in pari cauſa potior eſt reus, l. fauorabiliores in princ. ff. de reg. iur. cum ibi traditis per Dec. & Cagnoll. precipue quando reus non eſt factus locupletior, & propterea credo quod etiam quo ad ſalutem animi, nō ſit homini neceſſaria, hæc tam acerba ſolutio damnorum extrinſecus prouenientium, & eſt benignior, tamen Theologorum ſententijs me ſubmitto, precipue cum eo ſe non protendat eruditio mea.*

50 *Tertio limitatur ut non procedat in maleſitijs, & dolo, his enim caſibus damnum omne, etiam extra rem, preſtabitur, Exempla ſunt in l. ait lex ff. ad l. aquil. & in l. inde neratius, & in l. pen. eo tit. & in l. quidam tabulas ff. de furt. & in l. inficiando §. 1. eo tit. & in l. in interdicto ff. de ui & ui armat. ut egregie explicat Ferret. hoc in loco fol. 113. nu. 31. Exempla ſunt notoria in eo qui ſcienter tignum uitioſum uendidit, aut pecus morboſum, nam & de ruina edium ſuperedificatarum tenetur, & de interitu pecorum cōtagione extinctorum, l. iulianus. 1. rñs ff. de act. empt. Ideo ſupra duplum tenetur de toto pretio, quod in*
51 *immenſum creuit, quando ſcilicet rem alienam ſcienter uendidit, & de omni impenſa in re huiuſmodi irrogata, text. eſt in l. Ticius §. fin. cum duab. ſeq. ff. eo tit. Ita intelligendus eſt text. in l. in fundo ff. de rei uendic. hanc eandem ſententiam hoc loco probat Alciat. cap. x. & atteſtatur communem, & poſt Albe. & Iaco. de raue. probat hoc loco Dec. col. viij. nu. 61. & col. xi. nu. 81. uerſ. ſed uidetur, Exemplum*

*eſt*

*eſt etiam in l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum, ubi ait, quod qui dolo fecit, quo minus quis ſiſteret in iudicio, condemnatur quanti actoris interfuit eũ comparuiſſe, in quo iudicio deducitur ſi quid amiſſerit actor ob eam rem, ueluti ſi reus interim uſuceperit rem & ſic dominiũ acquiſiuerit, aut actiõe ſe liberauerit.*

*Quarto limitatur ut non procedat tradito uaſe uitioſo uendito, uel locato, nam eo caſu damnum omne etiam extrinſecus proueniens ſarciendum eſt ſecundum Doct. Exemplum eſt in l. ſi addes §. 1. ff. locat. ubi ſi quis dolia uitioſa locauit deinde uinum effluxerit, in id quod intereſt tenebitur, ſubijcit text. quod nec ignorantia eius erit excuſata. Idem eſt in eo qui uendidit uas uitioſum, nam etiam ignorans tenetur de eo quod ob id perdiderim l. tenetur §. ſed ſi uas ff. de act. empt.* 52

*Idem eſt in eo, qui apud me depoſuit ſeruum furem, aut mihi mandauit ut emerem, nam quicquid ex huiuſmodi ſeruo damni paſſus fuero, id mandator ſeu deponens, etiam ignorans, ſarcire tenetur, quia hi ſunt contractus gratia eius tantũ facti, Ideo ſua illi culpa potius debet eſſe damnoſa quam mihi, & ſic tenetur ad damnum ſeu ad id q intereſt, extrinſecus, ſeu extra rem, proueniens, hoc exprimit text. in l. ſi ſeruus communis §. quod uero ad mandati ff. de furt. probat Ferrett. in loco allegato fol. 114. numer. 31. poteſt etiam poni exemplum de equo uitioſo apud me depoſito, quod mihi nocuit, nam damnum omne ſarciri oportet, per tex. in d. l. ſi ſeruus, hanc concluſionem tenent hoc in loco Bartol. & communiter Doct.* 53

& communem atteſtatur Rebuff. in glo. dupli num. 73. & num. ſeq.

54 Sed hæc damna, niſi fallor potius ex re immediate proueniunt, quam extrinſecus Ideo meo iudicio non recte ponuntur inter caſus damni, ſeu intereſſe, extra rem prouenientis, Preterea licet illi text. dicant quod uenditor uino effuſo tenetur, tamen puto non erit ſacrilegium reſtringere ad duplum pretij, per hunc text. quando ſcilicet dolus abeſt.

55 Item limitatur non procedere in actionibus arbitrarijs l. iij. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Idem in caſibus in quibus iuratur in litem, cum omnia in arbitrio actoris ſtatuantur l. ſi tutor ff. de in lit. iuran. dixi ſupra eod. num. 29.

56 Item limitatur non procedere poſt acceptum iudicium ſeu poſt litem conteſtatam, tunc enim non ſolum corpus petitum preſtandum eſt, ſed oportet quod omne habeat petitor, qđ habiturus eſſet, ſi ab initio ſtatim reddita res fuiſſet, tempore iudicij accepti, Ideo continentur in reſtitutione hereditates & legata, quæ per ſeruum obuenerant, & partus ancillæ, & cauſa uſucapionis, & alia huiuſmodi l. pretera ff. de rei uendic. l. qui reſtituere eod. tit. nam quæcunq; poſt litem conteſtatam contingunt ea iudicis arbitrium deſyderant l. quod ſi nolit §. culpam ff. de edil. edict. & poſt acceptum iudicium tota cauſa ad rem reſtituendam in iudicio uerſatur, & tam fructus, quam id quo res deterior facta eſt, & cætera omnia ueniunt l. ediles §. item ſciendum ff. eod. tit. & recte, nam quale quidq; eſt cum petitur tale dari

debet

*debet Ideo & fructus, & partus reſtituantur l. ij. ff. de uſur. l. iij. §. cæterum eod. tit. l. uideamus §. ſi actionem eod. tit. l. lite conteſtata eod. tit.*

*Item limitatur non procedere quando inter par= tes conuentum eſt, & conſtitutum quod omnia dam= na preſtentur & omne quod intereſt, ſeu quodlibet intereſſe, hoc enim caſu etiam id quod extrinſecus intereſt, in eſtimationem uenit, ac preſtari oportet, arg. iuris gentium §. prætor ff. de pact. & l. contra ctus ff. de reg. iur. generalis enim locutio generali= ter intelligenda eſt l. a procuratore C. mand. l. 1. §. & generaliter ff. de legat. preſtan. et ſine diſtinctio ne l. de precio ff. de publician. cum ſimil. Ita limitat. Rebuff. hoc in loco in glo. dupli fo. 97. nu. 72.* 57

*Contra hoc urget text. in l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ubi omnis utilitas. & ſic omne quod intereſt preſtandum eſt, tamen id quod ex tra rem obuenit, non eſt in obligatione ſic etiam in le= ge aquilia, quanti plurimi eo anno fuit homo occiſus, u[illegible] dum eſt, inſt. de lege aquil. §. 1. & l. 2. in princ. [illegible] eod. tit. tamen id, quod ſingulariter intereſt, non uenit in eſtimationem l. precia rerum ff. ad l. falc. l. ſi ſeruum ff. ad l. aquil. nec ueniunt cauſæ quæ cor= pori non cohereant, ut uidetur expreſſum in l. proin de ff. ad l. aquil. & alias ſæpe generalis locutio re= ſtringitur ex æquitate, & ex ueriſimili, ideo in du= bio uidetur quod contrahentes ſe conformauerint cũ iure communi, text. eſt expreſſus in l. ſi ſtipulatus uerſ. uerum ff. de uſur. ibi non eſt ueriſimile plus uẽ ditorem promiſiſſe, quam iudicio empti preſtare com= pelletur* 58

pelleretur, & hoc loco Dec. col. xij. nu. 81. ſcribit de lucro quod extra rem obuenit, non cenſeri cogitatum à contrahentibus, ideo id non preſtabitur, arg text. in l. Ticius in fin. ff. de act. empt. In hanc ſententiam facit id quod ſcribit hoc in loco Cagnoll. col. xxiiij. nu. 112. dicit enim quod ſi quis generaliter ꝑmiſerit damna & intereſſe, non expreſſa quantitate, intelligitur ſecundum iuris diſpoſitionem promiſiſſe, ut duplum non excedat.

60 Quæ concluſio poterit ſuſtineri quando id quod intereſt promiſſum eſt, ſimpliciter, ut proxime dixi, ſecus uidetur, ſi adiectum ſit uerbum quicquid, aut omne, aut ſimile, tunc enim conuentio operatur ultra ius commune, explicat Dec. hic col. xi. in princ. nu. 76. & Cagnoll. nu. 113. Poſſet replicari quod conuentio operatur ut ſumma poſſit excedere duplum, & ita loquitur Dec. in loco allegato, ſed quod intereſſe extrinſecus, ſeu extra rem obueniens includatur, nemo hoc aperit, nec uidetur poſſe dari congruum reſponſum ad text. in d. l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de act. empt. ubi de omni utilitate ſit mentio, tamē id tantum preſtatur quod circa rem conſiſtit, Cogita.

Vltimo limitatur ſecundum multos non procedere in eo qui ſolitus eſt mercari huic enim omne omnino quod ſua intereſt deberi contendunt Doct. ſuper quo non inſiſto, quia ad ſatietatem tractatum eſt, ſupra eo nu. 16 17. cum mult. ſeq. ibi uide.

61 AN autem totum debeatur etiam ſupra duplum, in caſibus in quibus extrinſecū intereſſe debetur, Dic quod ſic, ſcilicet in arbitrarijs actionibus l. iij. §. fin.

ff. de eo

*ff. de eo quod dert. loco, & in his que dolo ſunt co=miſsis l. iulianus in princ. ff.de act.empt.* Item *quan do iuratur in litem, l.uideamus §. iurare ff.de in lit. iuran.* Doct.*tamen in hoc tenent communiter contra rium,* Idem *eſt in caſibus incertis, & in alijs caſibus in iure expreſsis, alias ſecus, per hunc text. qui in=diſtincte loquitur, & omnes caſus certos ad du=plum reſtringit,* Et *ita intellige id, quod ego dixi, ſu=pra in princ. nu.46. dum dixi quod hæc conſtitutio habet locum etiam in intereſſe extrinſecus obuenien te, nam intelligo prout proxime dixi,* Doct.*tamen pu tant quod ſingulare intereſſe in damnis extrinſecis, duplicatur, & ſic fatentur quod hæc conſtitutio ha= bet locum in extrinſeco intereſſe, ut dixi ſupra in in princ. numer.46. quod uero communiter eſtima=tur totum preſtandum eſſe contendunt, ſuper quo nõ inſiſto, ſed tantum dico, de ſingulari nihil deberi, com muniter autem eſtimatũ deberi cum diſtinctione proxi me relata.*

Dixi *ſupra eo nu. ſ. quod etiam habetur ratio lu=* 62
*cri quod ex facto alieno amittimus.* Adde *quod hoc eſt generale, quod qui impedit alium quominus lucrũ aliquod faciat, tenetur ad id quod eius intereſt, ita p bat* Alex. *poſt* Paul. *caſt. &* Rain. *&* Rom. *in l. dedi §. quamquam nu. 5. per illum text.ff. de cond. ob cauſ. ex quo infert quod ſi quis legatum mihi re=linquere uoluerit, idq; à te prohibitum fuerit, mihi teneris ad preſtandum ſummam illam legandam, alleg. text. in l.* Lucius *§. ſempronia ff. de legat. 2. & l. heredes §. ſi incerto ff. famil. hereciſ.*

His

HIS *conſequens eſt id quod tradit* Curt. *in addit. ad alex. in d. §. quamquam ubi ait quod ſi prelatus eccleſiæ id egit cum teſtatore, ut ſibi relinqueretur, id quod teſtator eccleſiæ relinquere uolebat, tenetur erga eccleſiam ad damna, & ad intereſſe, per glo. in c. quicunq; in uerb. neglectum xij. q. ij. & per text. in cle. 1. de priuileg. alleg. etiam* But. *in conſ. 78. &* Ang. *in l. iij. ff. de inoff. teſtam. & in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſta. probib. ad idem facit glo. in c. ſi canonici in uerb. occaſione de offi. ordi. lib. 6. quam ſequitur* Alex. *in d. §. quamquam nu.* 7. *ubi ait quod ſi quis prebuit cauſam interdicto alicuius ciuitatis uel caſtri, tenetur ad reſtitutionem elemoſinarum, & oblationum, quibus carere oportuit ob huiuſmodi interdictum.*

63 Hac ratione *ſcribit* Alex. *in conſ.* cxxxvi. *uol.* vi. *quod qui aſſerit ſe habere auctoritatem ab aliquo, & eo pretextu, puta tanquam tutor, uel tanquam procurator, uel rector eccleſiæ contrahit, uel auctoratur, tenetur ad omne detrimentum, & ad omne intereſſe ei, cuius intereſt ſe non fuiſſe deceptum, & hoc ſecundum eum procedit, etiam ſi de rato non promiſſerit alleg. tradita per* Bartol. *in l. 1. §. iudicialis ff. de prætor, ſtipu. & eundem* Bartol. *in l. procurator qui pro euictione ff. de procur. & in l. ſin autem. §. item ſi fundum ff. de neg. geſt. per illum text. qui probat tantum quod is qui talem ſe finxit, nihil ſibi retinere poteſt, & ſic nihil poteſt lucrarem, ſed quod quando ipſe non ſit locupletior teneatur omne intereſſe preſtare, non aperit text. poſſet*

*etiam*

*etiam reſponderi ad text. per* Alexan. *allegatos in* 64
*d.l.dedi quod loquuntur de lucro fere iam acquiſito, & ex uoluntate teſtatoris iam in eſſe deducta, ac perfecta, tunc enim impediens executionem tenetur ad intereſſe, ita uidetur procedere text. in d.l. lucius §. ſempronia ff. de leg. ij. & in l. heredes §. ſi incerto ff. fam. hercis, ſecus uidetur ſi uoluntas teſtatoris ex qua lucrum ſperatur nundum ſit perfecta, nec in eſſe deducta, poteſt enim penitere, & ſic cum multa poßint accidere quæ inducant penitentiam, non uidetur habenda ratio de huiuſmodi lucro,* Tamen *ſententia* Alexan. *eſt communiter recepta, & uidetur probari in auct. ut nulli iudi. §. & hoc peruenit uerſ. aut alij cuilibet, ubi qui prohibet teſtamentum fieri leſis tenetur in duplum, & ibi glo. hoc probat, niſi reſpondeas quod text. ille procedit in his qui officij pretextu impediunt teſtamentum fieri, prout materia ſubiecta ſuadere uidetur, arg. l. ſi uno, ubi* Bartol. *ff. locat.* Item *niſi intelligas illum text. penalem ſtricte intelligendum in cāu ſuo tantum c. in penis, & c. odia de reg. iur. lib. vi.*

R*etenta communi opinione intellige eam procedere ſi dolo impedimentum factum fuerit, alias ſecus l. fin. ff. ſi quis aliquē teſta. prohib.* Bar. *in d. §. ſempronia* Alex. *in d. l. dedi §. quāquā ff. de cōd. ob caus.* Intellige *etiam quod hoc caſu totum id quod intereſt. & totum damnum quod re uera datum eſt preſtabitur, quia ſumus in facto, & ſic in caſu incerto,* Ideo *totum debetur per hunc text.* 65

Aduerte *tamen diligenter ne decipiaris quod is qui*

*ex facto*

*ex facto ſuo tenetur, ad id tantum tenetur, quod uere amiſſit, uel uere lucratus fuiſſet, ſi nihil factum fuiſſet, nam quando aliquis ea tantum ratione tenetur, quia fecit id quod facere non debuit, nihil amplius preſtare tenetur quam id quod ob factum, huiuſmodi perditum eſt, l. ſemper. §. in hoc interdicto ff. quod ui aut clam* Alciat. *hic cap. ante pen.* Et *aduerte quod multum refert utrum quis teneatur ex eo tantum quod fecit id quod facere non debuerat, an etiam ipſe aliquid contraxerit, nam ſi quid contraxit puto procedere ea quæ tradit* Alex. *in d. conſ.* cxxxvi. *uol.* vi. *cæterum ſi nihil contraxit, nec id agebatur ut ipſe obligaretur aliud obſeruabitur, pro ut eſt exemplum in eo cuius conſenſus requiritur in alieno contractu, forte ex forma ſtatuti puta propinquioris agnati, finge quod aliquis, qui poſtea repertus eſt non eſſe proximior, conſenſum alieno contractui preſtitit, dico quod non omne id preſtabit, quod conſecuturus fuerat emptor, ſi uenditio ualuiſſet, ſed reponetur res in eo ſtatu in quo erat, anteaquam conſenſum inualidum preſtaret, tex. eſt in l. ſemper §. in hoc interdicto ff. quod ui aut clā* Alciat. *tradit in hoc tract. cap. ante pen. & ſic non tenebitur ad omne ad quod tenetur uenditor, & ideo non tenebitur ad fructus fundi, nec ad precium auctum, ſed ad pretium conuentum tantum, quia alias non fuiſſet pretium hoc numeraturus, ſi fuiſſet admonitus de uero gradu conſanguinitatis auctorantis.* Hac *ratione cum uendita fuiſſent melioramenta domus emphiteoticæ paruo pretio auctorante quodam*

*ſacerdote,*

*ſacerdote, qui pro rectore ſe gerebat eccesiæ, ad quã huiuſmodi domus pertinebat, defendebã eum in nihilo amplius teneri, quam ut laudemium rependeret, & pretium numeratum refunderet, hæc enim emptor non fuiſſet erogaturus ſi illum ſciuiſſet non eſſe uerum* Rectorem, *ad reliquum autem eſtimationis domus, quæ in immenſum creuerat, non teneri reſpondi, quia ſi ſciuiſſet hunc ſacerdotem non eſſe rectorem ab initio, non emiſſet, & ſic lucri non feciſſet huiuſmodi augumentum, & ſic non poteſt dici quod facto ſacerdotis amittat huiuſmodi lucrum, & hæc dicebam etiam preſuppoſito quod dolus ſubeſſet, multo minus tenebitur ſi ceſſet dolus, ut dixi paulo ſupra, & preſuppoſito caſu in quo teneatur extra dolum, tamen non tenebitur ſupra duplum pretij conuenti, non autem ad totum pretium domus, quod in immẽſum creuerat, quia ille contractus habet certam quantitatem & ita fuit obtentum, & per hec ſit impoſita manus extrema huic operi laboris pleno, in quo ſi quid quod mortalibus profuturum ſit, traditum eſt, gaudeo, ſin minus, doleo me minus potuiſſe, quam uoluerim, uoſq; auditores cariſsimi, minus aſſecutos eſſe quam ſperaueritis, in futurum dabo operam ut meliora ex me in lucem prodeant, ualete, & plaudite.*

FINIS.

*Series Chartarum.*

A B C D E F G H I K L M N O P.

*P. quinternus eſt, alij uerò quaterni.*

ANT 1313008